









1700.

1. Lehme, Arnoldus Huricus: De mercatorum necessitate ac utilitate in civitatibus.

1702.

2. Zynckel, Simon: De injuriis

1704.

1. Ansel, Johannes: De cometarum discordantia juris civilis ac Lubecensis circa hereditatem, quae ab intestato deferatur.

2. Huger, Johannes Huricus: De poena per duellio-

nio

3. Lischovius, Andreas Franciscus: Hypothesis

in medicina

4. Lehme, Arnold Huricus: De imaginibus principum

5. Havinski, David: De criminis abolitione.

1701

6. Freygen, Georgius : De annuitorum in republica usu
7. Seaberlich, Fridericus : Utrum in republica bene constituta sint toleranda asyla?

1703

1. Schwennerus, Petrus : De jure domanum.  
2. Suppl. Ed. 1704

1704.

1. Hoyer, Johannes Henricus : De conscientia criminum.
2. Schwenner, Petrus : De illicita juris reuocatione
3. Skarinski, David : De obligatione successoris feudalis ex pacto antecessoris.

1705

- Hoyer, Joh. Henricus : De derogatione testium in testamentis

1706

1. Muzel, Johannes : De successione collateralium  
secundum jus Calense
2. Hozer, Johannes, Henricus : De periculo rei ad gestum  
emptae venditae.
3. Tilerius, Balthasar : De redemptione militum  
captivorum.
4. et Tilerius, Balthasar : De homicidio ab alapis  
= " " 2 Saemfl. 1712 : 1744.

1707.

1. Ewaldt, Benjamin : De obstetrice inculpata
2. Ewaldt, Benjaminus : De torturis.
3. Schreiber, Michael : De bello ab imperio ampliat.  
Lionem suscepto
4. Slawinski, David : De jure occupandi res hostiles.
5. et Tilerius, Balthasar : De sigillo confessionis.

177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200





1166

I. N. J. C.

1701, 1

3

DISPUTATIO JURIDICA *M*  
**CON-ET DISCON-**  
**VENIENTIAS JURIS CI-**  
**VILIS AC LUBECENSIS**

circa  
HEREDITATEM QUÆ AB INTESTATO  
DEFERTUR

*exhibens*

Quam

DEO AUSPICE,  
MAGNIFICO FCTORUM ORDINE FAVENTE,

In  
ILLUSTRI HAC REGIA ACADEMIA  
SUB PRÆSIDIO

DN. JOHANNIS *D*mseln/

U. J. D. Prof. Publ. Judicii Aulic. Criminal. Assessoris &  
Supremorum Judicior. in Prussia Advocati,  
*Fautoris ac Patroni multis nominibus atque*

*omni observantia cultu devenerandi,*

Placidæ Eruditorum Disquisitioni

*Submittit,*

**DANIEL CONRADI,**

Elbing. Pruss.

AUTHOR ET RESPONDENS

Ad diem Majj. ANNO M. DCCJ.

H. L. Q. S.

---

REGIOMONTI Typis REUSNERIANIS.

UNIVERSITÄT JERUSALEM

COLETTI DI...

VENETIA...

1715...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



In Nomine Domini Nostri IESU Christi.

**P**rimum edituro specimen commendavit thema de *Hereditate ab intestato* usus in Rep. quotidianus: differentiam verò & convenientiam *Juris Civilis & LUBEGENSIS* in hac materiâ indagandas persuasit pietas, quam Patria sibi vindicat. *arg. L. 2. n. de f. & f.* quæ sine scelere filium etiam præmiò afficiendum constituit, qui patrem ad patriam delendam venientem occiderit. *L. 35. n. de Relig. & Sumpt. fun.* quod Zasius hic à Gothofreddo lit. N. citatus eleganti exemplò duorum nobilium de *Falckenstein* comprobavit. Accedit, quod teste Pomponiò *L. 2. §. 43. n. de O. f.* turpe sit patricio, & nobili & causas oranti, jus, quod regula aditionum aliquando futurum, ignorare. Quid igitur mirum, si patriæ ergò in materiâ de *Succeffione ab intestato* convenientiam & discrepantiam *Juris Lub.* cum *Jure Justinianò* (quod impossibile est, hodiernum cuique Reip. accommodari posse. *Mev. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 1. pr. n. 66.*) publicè agitandas suscipiam. Profiteor me & ætate & experientiâ huic conatui imparem. Tantò igitur faciliùs, ego patriæ amore adductus veniam mihi, à Te B. L. polliceor, si plus sperans de facultatibus meis, quàm re verà in iis est. *§. 3. Inst. Qui & ex quib. caus. manumit.* omnia acu haud tetigero. Interim Divinum Numen tantis ut conatibus adsit, viresque deficientes suppleat, humillimis imploro precibus.

CAP. I.

*Preliminaria quedam ad totam materiam ab intestato spectantia.*

§. I.

Ex his præliminaribus non immerito initium facimus à quæstione, unde *heres* & sic quoque *hereditas* dicatur. Sunt alii, qui ab *herendo* heredem deducunt, à quibus heres quasi *herens* vocatur, quod heres derivationem stabiliendam rationem aliam adhuc apponunt alii, dicentes, in herede prima syllaba producitur, verisimiliùs ergo est, ut ab *herendo* deducatur *heres*, quàm ab *herò*, ubi prima corripitur. Hisce verò rectè respondet Gellius *lib. 12. c. 3.* & Jacob. Cujac. *lib. 5. Obs. 10.* nihil id ad rem pertinere. Alii putant ab *ere*, seu pecuniâ, in quam heres

A

res

res succedit, hereditatem venire. Auctorem hujus derivationis faciunt Ciceronem, qui in Topicis dicit: *hereditas est pecunia à defuncto relicta*. i. e. ejus patrimonium, per *L. 178. L. 222. π. de V. S.* Sic Varro quoque asserit, agros à Romulò primùm viritum divisos *Heredium* esse dictos, quòd heredem sequerentur. Et Festus, parvum prædium *Heredium* appellasse, cujus etiam Plinius & Columella meminerunt. Utunque autem sit, negare tamen haud poterit, hos vocabulum *heredis* (unde hereditas) juri nostro conformiùs derivasse, qui heredem ab *herò* dictum volunt. Cujac. *d. l. Veteres enim heredem dominum appellasse*, legimus. §. *fin. Inst. de hered. qual.* Ulpianus quoque in *L. 11. §. 6. π. Ad. L. Aquil.* dicit, quòd *L. Aquiliae actio herò* competat. i. e. domino. Confirmare Ulpianum videtur Pomponius, qui in *L. 43. π. eod.* dicit *heredem dominum* appellatum fuisse. Hinc facere aliquem heredem, est dominum constituere. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 133. n. 9.* Accedit quòd Petrus Victorius in castigationibus ad Ciceronem in *Pandect. Florent. perpetuo per simplex E heredem* scriptum esse annotaverit. Conf. Rebhan. in *Hodogeta Juris Charta 3. clim. 2. §. 22.*

§. II. Capitur autem vox *hereditatis* in jure nostro præcipue quatuor modis (1.) Pro quibuscunque rebus à defuncto relictis. Et tunc dicitur habere juris intellectum. *L. 50. ff. de hered. per.* vel nomen juris. *L. 119. π. de V. S.* & accessionem & decessionem, commodum & incommodum in se suscipere. *L. 178. π. eod. L. 8. L. 37. ff. de acqui hered.* Germ. *Erbschaft/Verlassenschaft/Nachlaß.* (2.) Sumitur pro actu ipsò, quò in universale illud defuncti succeditur. *L. 24. ff. d. V. S.* (3.) Denotat res hereditarias, ut in *tot. tit. de expilat. hered.* hocque in sensu, Cicero hereditatem vocavit in Topicis pecuniam. Germ. *Erbs Güter / Anererbete Güter.* Hic significatus est in *Jure Lubecensi* frequentissimus. Quod enim in aliquibus textibus, ut *a. 13. a. 15. 17. 18. 22.* per vocem *Erben* hoc in aliis *a. 1. 6. 7. 8. 9. Lib. 2. t. 2.* per vocem *Gut* exprimitur, ut ita *Gut und Erben de Jure Lubecensi* quoad jura successioneis videantur esse synonyma: hinc illa prædicata *das Gut empfaben/ d. a. 1. Das Gut nehmen a. 5. das Erbe nehmen / a. 13. a. 15. das Gut verlassen/ it. das Gut fällt/ das Gut verfällt* & similia. (4.) Accipitur pro jure ipsò heredi circa relicta defuncti competente. Quòd alias dicitur jus hereditariù. *L. 5. §. 5. ff. de his qui essud. vel dejec. L. 6. pr. π. de Relig. & sumpt. fun. L. 49. π. Mandati. L. 91. π. Ad L. Falcid. L. ult. §. 1. Pro suo. L. 8. C. Ad-*

*C. Ad exhibendum. L. 3. C. de reb. alienis non alien. jus successionis L. 208. n. de V. S. L. 1. §. 1. de divisione rerum. L. 2. C. si omiſſa ſit cauſ. fe. dominium hereditatis arg. L. 48. pr. Inſt. de hered. Inſt. §. ult. de hered. qual. Jus hereditatis. pr. in ſin. Inſt. de reb. corp. & incorp. quamvis improprie, ſuccedere enim non eſt hereditatis, ſed heredis. Dicitur denique jus mortui, in quod heres ſuccedit. L. 37. n. de acquir. vel omit. hered. 201. tit. n. pro hered. Germ. Erb-Recht / Erb-Serechtigkeit. Satis igitur cum ex ipſis juris textibus jam demonſtratum, hereditatem non tantum pro univerſitate bonorum, ſed multifarie accipi, inprimis etiam pro jure, quod dominum aliquem facit, errare videntur, qui jus, quod conſtituitur poſt mortem defuncti, eumque repræſentat; ſigmentum Dd. & chimæram in aëre volitantem appellant. Vincit quoque hos ipſa illorum conceſſio. Cum enim ultrò admittunt hereditatis petitionem eſſe actionem realem, ſequitur omninò eam eſſe ex ejusmodi jure, quod heres adeundo acquirit, & unde dicitur defunctum repræſentare. arg. L. 31. §. 1. ff. de hered. inſt. §. 2. Inſt. eod.*

§. III. Hereditas hæc communiori ſententiâ deſertur vel ex teſtamento, vel ab inteſtato. §. ſin. Inſt. per quas perſ. cuique acq. L. 3. §. 2. n. Pro Socio. Quorum illa teſtamentaria, hæc legitima dicitur. Herm. Vult. in Jurisp. Rom. lib. 1. c. 73. f. 399. Weſenb. ad tit. de hered. inſt. n. 3. Illam Ariſtoteles vocat *κατὰ δίκην*, hanc *κατὰ γένος* & honeſtiorẽ alterâ, cum naturæ legiſque prærogativam habeat. L. ult. C. de legit. hered. Rectè quidem ita olim diſtribuebatur hereditas. Hodie verò cum inter alias hereditatum ſpecies, teſtibus Gail. lib. 2. O. 127. n. 1. Struv. Ex. 38. th. 46. inter Principes, Barones Imperii, adeoque inter nobiles Germaniæ (quamvis de Jure Civili pacta de futurâ viventis hereditate tanquam contra bonos mores, & votum captandæ mortis inducentia, ne jurata quidem ſubſiſtant. L. 15. L. 19. L. ſin. C. de Pactis.) hereditas conventionalis *Erbeinigung / Erbverbrüderung* maximopere vigeat, ſcl. quod ſiniſtra illa præſumptio, in illuſtres illas perſonas non cadat: Gail. dl. n. 2. quodque hic non naturalis, ſed civilis tantum ſubſiſt turpitudò, quæ moribus immutari poteſt. L. 32. §. 1. n. de LL. comodiùs dicemus: Hereditatem aliam eſſe *Ordinariam*, aliam *Extraordinariam* ſeu *irregularem*. Ordinaria eſt, quæ vel lege per ſucceſſionem ab inteſtato; vel ultimâ voluntate per teſtamentum & fidei-commiſſum; vel ex utraque ſcl. ex jurisdictione Prætoria per bonorum poſſeſſionem deſertur.

4  
tur. Extraordinaria è contrario, quæ moribus hodiernis irregulariter maxime fit, pactis successoris ut puta acquisitivis, conservativis, dispositivis & renuntiativis, de quibus vide sis Struv. *d. l. th. 47. usque ad 50. inclusivè*, & latissimè Hahn *de jur. rerum. concl. 67. & seq. n. ult.* Quæ pacta nec Juri Lubecensi contraria esse arbitror, textibus non unis mihi adstipulantibus. confer. Mev. *ad Jus Lub. p. 2. tit. 2. a. 33.*

§ IV. Ipsa verò hereditas, Jctis Cajò & Julianò definitentibus, nihil aliud est, quàm successio in universum jus, quod defunctus habuit L. 24. *π. de V. S. L. 62. π. de R. J.*

§ V. Cum nostræ autem hereditati tum demum locus sit, si constat *intestatum quempiam decessisse*, haud iniquè fecerimus, si intra præliminaria & terminum *intestati* explicuerimus, imprimis cum Imperatorem, exemplò Ulpiani in L. 1. *π. de Suis & legit. hered.* idem in hæc materià ab initio Lib. 3. *Inst.* fecisse reperiamus. Intestatus igitur (1.) decessisse dicitur, qui omninò testamentum non fecit, cum scil. facere possit *d. l. 1.* Qua propter impubes, furiosus, & omnes, quibus testamentum facere prohibitum est. *tot. tit. Inst. & π. Quibus non est permiff. facere testam.* non propriè *intestati* decessisse dicuntur. L. 2. §. 5. *π. Ad Sct. Tertul. L. 9. pr. de reb. dub. L. 37. π. de Vulg. & pupil. substit.* Interim communis loquendi usus vocem *intestati* ita jam accepit, ut plerique Dd. non dubitent asserere, in *statutis* quoque nomine *intestatorum* hos comprehendendi. Gerh. *Illust. Quest. ad Inst. Exer. 6. qu. 1. (2.)* Qui non ritè, aut non jure condidit testamentum i. e. qui non observatis solennitatibus, quas *tot. tit. Inst. & C. de ordinandis test.* requirunt, testamentum faciunt. Semper enim, omninò non facere, aut non facere, ut leges jubent, in jure æquiparantur. L. 8. §. 8. *π. Ad Sct. Vellej. L. 6. π. qui satisfacere cogantur. L. 2. π. de auct. tut.* Rectè igitur & huc refertur casus testamenti, quod *tempore belli*, duobus tantum testibus adhibitis, à pagano eonditum est. Carpz. *p. 3. c. 4. d. 14. n. 9.* Hahn ad Wef. *vir. de Testam. n. 10. ad verb. tempore belli & pestis.* Quod ut & sequentia imperfecta testamenta, abusivè dici testamenta notavit Ulpianus *l. 2. §. 1. π. Test. quem adm. aper. (3.)* Quando testamentum, quod ab initio validum est, citra hominis (Judicis) factum ipsò jure rumpitur; vel per agnationem naturalem & civilem, vel per mutationem voluntatis, uti videre est *ex. §. 1. 2. Inst. de exhered. lib. §. fin. Inst. de Nupr. §. 1. 2. & 3. Quib. mod. testam. infirm. tot. tit. π. de his que in testam. delentur. arg. L. 8. §. 1. ff. de Injusto rupto.*

*rupto.* (4.) Si testamentum legitime conditum capitis deminutione  
 fiat irritum. *Conf. §. 4. Inst. Quemad. testam. infirm. L. 6. ult. de Injusto,*  
*rupto. L. 8. §. 3. de Jur. Codic. Bachov. ad Wel. rit. de Injusto, rupto,*  
*Hahn. ibid. n. 3. Borcholt ad §. 5. Inst. de Milit. testam. Hopp. in Usu*  
*Hodierno ad §. 4. Inst. Quib. mod. testam. infir. Carpz. in Pr. Crim. qu.*  
*129. n. 8. Paul. Voët. ad Inst. §. 3. Quib. mod. patr. potest. solv. Wel. ad*  
*π. de cap. minut. n. 5. Hopp. in Usu Hodierno ad §. 1. Inst. ibid. id m ad*  
*§. 3. Inst. Quib. mod. patr. potest. solv. Hahn. ad Wel. n. 5. de Cap. minut.*  
 (5.) Sitestator litis causa Princip. m heredem scripserit. §. 8. *Inst. Quib.*  
*mod. test. infirm.* quia, ut Paulus ait in *L. 91. π. de hered. Inst. calumniz.*  
*facultatem ex Principali Majestate capi non oportet. Quare & Schnei-*  
*deW. ad cit. §. 8. id ad fscum extendit. (6.) Quando heres in solenni*  
*testamentò institutus & substitutus, mortuò testatore, hereditatem repu-*  
*diant. pr. Inst. de hered. qua ab intest. defert. L. 1. pr. π. de suis & legit.*  
*L. 9. §. 2. infir. de lib. & posthum. L. 64. ff. de V. S. L. 1. ff. de In-*  
*justo, rupto, vel si heres vivò testatore moriatur; si heres conditionem,*  
*sub quâ institutus, non adimpleat, aut si eadem deficiat; vel si heres inca-*  
*pax reddatur §. 2. Inst. Quid. mod. testam. L. 16. Pand. cod. L. unic. §. in*  
*novissimo C. de c. ducis tollendis. Desertò enim aut destitutò testamen-*  
*tò venit legitimus heres. L. 9. §. 2. Pand. de lib. & posth. & coetera testa-*  
*menti capitula corruunt, §. 2. in fin. Inst. ad L. Falcid. quaravis alii per*  
*N. 1. c. 1. dissentiant & legata tali ex testamentò sustinere malint. conf.*  
*J Cti Lauterb. Dissert. de Testamentò Destitutò, ubi hunc articulum, ut cœ-*  
*tera omnia, eruditè discussit. (7.) Quando filius ritè quidem, sed iniquè*  
*ex heredatus, & frater, cui turpis persona prælata, per querelam inofficiosi*  
*obtinerint, ut testamentum rescindatur *tot. rit. Inst. & Pand. de Inoff.**  
*Test. Inter quos duos, filium & fratrem, si testamentum oppugnantes*  
*victores existant, hæc ex magni nominis J Ctorum opinione potest statui*  
*iniquis differentia; filio victore existente, testamentum tantum quoad*  
*institutionem, Auth. Ex causa. C. de lib. præter. N. 115. c. 3. fratre verò vi-*  
*ctoriam reportante idem in totum quoad Legata & Fideicommissa anni-*  
*hillari. Lauterbach. in comp. Juris rit. de Inoff. Testam. Gail l. 2. O. 113.*  
 (8) Quando testamentò jure Prætorio rescisò, emancipatis & suis  
 præteritis, qui verecundiùs cum paternò & maternò jure agere ma-  
 lunt, quàm juxta *N. 115. c. 3. pr. verb. patri & matri*, nullum dicere,  
 Prætor dat bonorum possessionem contra tabulas §. 1. *Inst. de bon. poss.*

§. 3. de ex hered. lib. 208. tit. Pand. de bon. poss. contra tab. Memoratis modò casibus *Jure Lubecensi* pariter *intestatum* aliquem decessisse, dicendum esse, nullà apparente hactenus diversitate, non dubito asserere. Quamvis enim verbum *intestati* in principali successione ab intestatò textu *Lib. 2. tit. 2. s. 1.* non occurrat, interim cum generaliora adhuc extent verba, *wann einer stirbet/ omnes*, qui quocunque modò non perfectè conditò testamento decessere, complectentia, eo minùs dubitandum, testamentò non extante, legitimæ successioni esse locum, licet quis in eò, quò testari non potuit, decesserit statu. Quæ aliis uberius discutienda relinquo.

§. VI. Quid si verò dubitatur *testatusne* quis, an *intestatus* decesserit, quid præsumitur? Verius ego cum Jafone aliisque Dd. ad *L. 9. C. de collat.* puto, quemlibet potius *intestatum*, quàm conditò testamento decessisse. Testamenti enim factionem esse facti, omnes concessere; facta verò nostrò in jure neutiquam præsumi, nos docent *L. 13. §. 2. Pand. de Publ. in rem actione. L. 1. de prob. L. 10. C. de non numerat. pecun.* Ex quò ultro jam fluit, cum, qui hereditatem tanquam proximior in successione ab intestato petit, haud ad probandum cogi, de functum, cujus de hereditate quæstio est, absque testamento mortuum esse; sed sufficere, si demonstret, se gradibus proximitatis omnibus aliis supersubitus antecedere, vel solum heredem superesse, cui & *Jus Lubecense* adspirare videtur. *lib. 2. tit. 2. s. 32.* E contrariò, qui hereditatem in ultimà voluntate sibi à defunctò relictam allegat, & conditum testamentum, & se in eò heredem institutum probare debet. Cui assertioni ceu communiori post Mascardum de probationibus *Vol. 2. conclus. 937. & Vol. 3. conclus. 1352.* Covarruvias *lib. 2. variar. resolut. c. 6. n. 5.* aliique adstipulantur.

§. VII. Cum in hereditate mentio sæpe fiat vocabuli *representationis* seu vicariæ successione, ut Seldenus appellat, illiusque fundamentò quàm plurimorum casuum nitatur decisio, in antecessum sciendum omnino est, quousque *Jure Lubecensi* ei locus reliquendus. Representationem (1.) in lineâ *descendentium Jure Lubecensi* æquè, ut *Jure Civili*, non in nepotibus tantùm, ut quidam sinistrè §. 6. *Inst. de hered. que ab intest. vid.* Hahn & Bachov, ad *Wel. tit. de Grad n. 14.* & aliqui *s. 1. tit. 2. lib. 2.* pariter sinistrè explicarunt, sed in infinitum obtinere facile est probare, si ad textum infra citatum respiciam, & supplementum ejus, in quò *Lubecana Nomothesia* deficit, ex *Jure Communi* & *Saxonicò*, æquitate non



non refragante, capiam, non ignarus, ad utriusque Juris exemplum *Jus Lubecense* conscriptum esse, confirmantibus id ipsum ejusdem præfationis verbis; Daß solch Recht mehrentheils den beschriebenen Kayseren: so wol auch den Sächsischen Rechten und Gewohnheiten/nicht allerding ungemäß. (2.) In *ascendentibus* prorsus cessare repræsentationem, eò audacius mihi affirmare licet, quò curiosiori facta *Juris Lubecensis* inquisitione, nullum plane inveni textum adscendentibus in jure repræsentationis succurrentem, inque hac opinione eò magis firmatus sum, quo clariore Jure Communi prostant textus omnem repræsentationem ex lineâ Ascendentium amoventes. vid. Math. Wes. in *parat Pand. de Gradib. ibique Hahn n. 15.* Denique (3.) jus repræsentationis in *collateralibus* usque ad fratrum liberos Jure Lubecensi extendi posse, disertè ex *lib. 2. tit. 2. d. 22.* Bolle Brüder und Schwester Kinder nehmen Erbs vor Halb-Brüder und Schwestern/patefcit. Neque quidquam refragatur, in Saxonia & Saxonico jure in linea collateralis cessare repræsentationem, teste Carpz. *p. 3. c. 18. d. 1. n. 1. item d. 3. n. 2. & c. 29. d. 1. n. 1.* Schneidew. *sub rubr. de tertio ordine succedendi n. 14.* hujusque juris æmulum esse *Jus Lubecense*. Etenim ubi decisio ex ipso textu *Juris Lubecensis* satis claro aut ejus argumentò firmo haberi potest, ibi est proprio standum juri, nec ad peregrinum extra casum necessitatis confugiendum, cum omiſſa inde sint maximè supplenda.

§ VIII. Propitio *Jure Lubecensi* est asserta repræsentatio, à quâ porro fuit divisio hereditatis in *stirpes*, cui illa, quæ fit in *capita*, opponitur; hujus divisionis nec ignarum esse *Jus Lubecense* testis est textus in *Lib. 2. tit. 2. a. 20.* So theilen sie das Erbe/in capita nach Hauptzahl.

§ IX. Cum, Canonistis fatentibus, *Juris Canonici* graduum computatio non nisi in *matrimonialibus* obtineat, in *successionibus* verò ab intestato, ea, quæ est *Juris Civilis*, quæque satis nota; hinc brevitatibus ergò ea omnia, quæ de gradibus, lineis, iisdemque similibus dici poterant, sponte omittens, id tantum brevissimis addo, scrupulosâ illâ *Juris veteris*, inter *suos & emancipatos, filios & filias, agnatos & cognatos, patrem & matrem* (quæ omnia latius in *lib. 3. Inst.* per aliquot titulos explicantur) distinctione sublata, Imperatorem hoc die *tres ordines* ab intestato succedendi introduxisse. Primum *Descendentium* sive liberorum cujuscunque generis, spuris & omninò incestuosis, aut ex damnato coitu

8  
coitu natis exceptis. Secundum *Ascendentium* i. e. parentum. Terti-  
um *Transversalium* seu Collateralium. *N. 118.*

§. X. Ne tamen id, quod *Jus Lubecense* ad sui intelligentiam in  
hâc materiâ *successionis ab intestato* requirit, ignoretur, de *Separatione*  
*liberorum*, de quâ altum in *jure Civili* silentium, agendum omninò, &  
illa liberorum, quâ alii sunt *separati* aut *dissortes*, alii *non separati & con-*  
*sortes*, diversitas paulò latius est consideranda. Dissortes liberi cò jure  
dicuntur, quos uterque, vel unus saltem in vivis superstes parens, solos  
aut cum reliquis liberis, vel quoad omnia bona communia,  
vel quoad unius saltem parentis facultates *testamentò, conven-*  
*sione, solenni coram senatu declaratione, aut elocatione* à commu-  
nitione bonorum segregârunt. Quatuor itaque, ut ex descriptionis  
verbis ultimis patet, ratione formæ sunt separationis modi: testa-  
mentalis *lib. 2. tit. 1. a. 3. & 6. conventionalis. lib. 2. tit. 2. a. 33.* solennis.  
*d. l. a. 31.* & quæ fit tempore elocationis, *d. l. a. 34.* Cæteros, quos *Dn.*  
*Mev. ad Jus Lub. sub a. 3. & 6. tit. 1. & a. 34. tit. 2. lib. 2.* pertractavit,  
nos brevitate ergò omitturi, solummodo solennem separationis modum  
paucis exponemus, cò quod hæc separatio præmissis in successione ab  
intestato suam vim exerat, licet privatam nec suò effectu privare possimus.  
*Conf. Mev. d. tr. p. 2. tit. 2. a. 34.* Requiritur autè (1.) ad hujus separationis so-  
lennitates certa bonorum assignatio, quæ in *Jure Lubecensi, ein besche-*  
*den Theil* vocatur. *lib. 2. tit. 1. a. 3. Ein bescheiden Gut. d. l. a. 6. & lib.*  
*2. tit. 2. a. 28. & 34.* vulgariter *Ein Abscheid.* (2.) Ut non tantum de bonis  
paternis, sed & maternis separatio fiat. *d. l. a. 34.* Solches soll verstanden  
werden von allen ihren Gütern Väterlichen und Mütterlichen. (3.)  
Ut die sessionis fiat coram senatu vor dem Racht einen Ausspruch thun.  
*lib. 2. tit. 2. a. 33.* Welcher Ausspruch vor dem Racht geschehen *d. l.*  
*a. 31.* Non enim coram *duobus Senatoribus* fit solennis separatio.  
*Cothm. conf. 5. n. 39. & seqq. vol. 1.* (4.) Ut fiat modò ordinariò Or-  
dentlicher Weise *d. l. a. 31.* hoc est, ut liberorum, tutorum consanguineorum  
consensus accedat. Würden aber die Kinder / ihre Freunde  
und Vormünder damit nicht zu frieden seyn / *d. l. a. 33.* Omnibus  
hiscè observatis, separatio filiis privilegium prælationis in concursu ere-  
ditorum tribuit. *Lib. 3. tit. 1. a. 12.* dos liberorum portioni postponitur. *Lib.*  
*2. tit. 2. a. 31. conf. Mev. ad Jus Lub. p. 2. tit. 2. a. 33. n. 30.* iis verò etiam  
quo ad minimum omittis, hic effectus cessat. *Cothm. conf. 6. n. 14. & seqq.*  
*vol.*

9  
vol. 4. Si tamen liberi enormissimè fuerint læsi, intra annum separationem  
revocare poterunt. Mev. d. l. n. 51. De utilitatibus separationis, quæ spe-  
cies veteris emancipationis esse videtur. vid. Mev. d. l. n. 9.

§. XI. De *Hergewettâ* & *Gerada*, quorum Jus Lub. lib. 2. tit. 2.  
a. 15. mentionem facit, nil attinet dicere. Etenim nulli, ut præcipua, ca-  
pere licet, juxta *alleg. rext.* *Hergewette* und *Gerade* darff man sonder-  
lich nicht ausgeben/ sondern wer der nebeste Erbe ist/ der nimpt al-  
les *Hergewette* und *Gerade*/ hinc uberoiem harum vocum explicati-  
onem desiderantes remittimus ad Carpz. p. 3. C. 38. d. 23. n. 2. item  
*Def. 41. n. 1. Georg. Schulz/ ad lib. 3. tit. 1. Inst. sub. rubr. de success. li-*  
*ber. natural. & legit. simul. n. 2. Sächsisches Landtr. Lib. 1. a. 22. was*  
*aber das Weib dieser Dinge nicht hat* *ibid. a. 27. Ein jeglich Mann.*  
*ubi Hergewettæ, & Arumeum lib. 2. decis. 12. n. 24. Carpz. p. 2. c. 14. d. 62.*  
*& seqq. Coler decis. 12. n. 57. & 63. part. 1. Mev. d. tr. lib. 2. tit. 2. a. 15,*  
*n. 3. Hahn ad Wesf. tit. de donat. inter virum & uxorem n. 5. ad verb.*  
*Ego malim, ubi Geradæ originem, objecta, qualitates & effectum co-*  
*gnoscerelicit. Propero ad.*

## CAP. II.

### *Exhibens convenientiam & differentiam Juris Civilis & Juris Lubecensis in successione ab intestato, & quidem Lineæ Descendentium.*

#### §. I.

Descendentes, qui metaphoricè liberos omnes in infinitum denotant  
*L. 220. ibique Alciat & Goed. n. de V. S. non sunt unius conditionis.*  
Quidam enim juxta divisionem clarissimorum Doctorum, quorum ve-  
stigijs pressius potius insistere, quàm meò arbitriò rem determinare ma-  
lui, sunt *legitimè nati*, ut liberi justis ex nuptiis procreati, quidam *legi-*  
*timè facti*, ut adoptivi, qui & legitimi tantùm dicuntur. Germ. *Unge-*  
*wünschte* oder *angenomne Kinder/ & legitimati*: quidam *illegitimi*, ut  
naturales tantùm, spurii & ex damnatò coitu nati. Quibus ex duâ  
Juris Lubecensis famosam illam juxta & notabilem differentiam *separa-*  
*torum* & non *separatorum* ex §. X. cap. præced. addo. Separatim verò  
de ipsorum successione, quæ pro diversis generibus diverfa est, agendum  
crit.

§. II. Generalem hanc pono in antecessum ex *N. 118. c. 1. regula-*  
B lam:

lata: Quotiescunque ab intestato mortuus, cujuscunque sexus aut gradus, sive suæ potestatis, sive sub potestate, reliquit descendentes; toties hi reliquis omnibus tam ascendentibus, quam collateralibus in defuncti hereditate præferuntur.

§. III. Rationum pondera, cur descendentes ad hereditatem ab intestato primi vocentur, non possunt esse incognita. Etenim (1) ipsa naturalis ratio quasi lex quædam tacita, parentum hereditatem vel debitam successiorem liberis addicit juxta *L. 7. pr. i. ff. de bon. damnat. N. 1. §. primum itaque* (2) Parentes hereditatem suam præ reliquis omnibus, liberis potius, sicut *ἑρπυ* Parentum erga liberos hoc exigit, exoptare præsumunt. *L. 13. §. 2. C. de leg. hered. L. 7. §. 1. ff. Unde liber. Grot. de Jur. belli & pac. lib. 2. c. 7. §. 3.* (3) Ipsa sacra scriptura liberos heredes Parentum designat, ad *Rom. 8. v. 17.* ad Galat. 4. v. 7. ac pro liberis divitias colligere jubet. *2. Cor. 12. v. 14.* Cui (4) Jus commune adstipulatur. *L. 14. ff. de suis & legit. filiumque ac patrem pro una personâ L. fin. C. de impub. & al. subst. & partem corporis parentum habet. L. 22. §. 1. C. de Agric. Cens. lib. XI.* Ut sic, quicquid parentes vivi possident vel acquirunt, non tantum sibi, verum etiam liberis tanquam partibus suis possidere, ac acquirere, & liberi in patriâ potestate existentes, jam tum spe paternorum bonorum dominium habere, & post mortem parentum non hereditatem percipere, sed magis liberam bonorum administrationem consequi intelligantur, de quo notabiles textus in *§. 3. J. de hered. qua ab intest. L. 11. ff. de lib. & posth.* occurrunt.

§. IV. Interim, ut nulla regula tam firma, quæ interdum non officium suum perdat, ita nec præmissa regula omni destituitur limitatione aut restrictione. Etenim cum ipsis liberis aut descendentibus uxorem interdum ad successiorem simul, attamen diversimodè admitti, inclity est Juris. Scil. matrimonio jure quidem, attamen sine dote inito, si defunctus locuples pauperem reliquit uxorem, tunc huic Justinianus in *N. 53. c. 6. 117. c. 5. Junct. Auth. Præterea C. unde Vir & Uxor.* quoad usufructum quartam, si tres vel pauciores, virilem autem portionem, ein Kindestheil si plures superflites fuerint descendentes, assignavit, nullis verò extantibus liberis hanc partem quoad dominium plenè jure concessit. Jure Lubecensi firmiter regulæ nullâ occurrente exceptione, in hæreo, intrepideque sustineo, liberos seu descendentes excludere omnes, neque uxorem admittere. Firmat me clarissimus textus *Lib. 2. tit. 2. a. 1.* expref-

II

expressè hereditatem tantùm ad liberos remittens, die Ersten sind des Menschen Kinder. Nec obstat, quod a. 2. §. 3. expressè legatur cautum, uxore mortuâ maritum & vice versa maritò mortuò, uxorem dimidiam bonorum partem retinere, dimidiamque alteram liberos recipere: non enim, quicquid alii in contrarium fortè etiam magnis motibus urgeant, hanc dimidiam uxori vel marito ex propriè dictæ successiois titulo, sed potius ex bonorum communione, quæ multis in locis in viridi est observantiâ, latè duducente *Dn. Mev. d. tr. lib. 1. tit. 5. a. 5.* obvenire arbitror. Quam in sententiam maximè me adduxit, quod, si successiois titulo hic foret locus relinquendus, non minùs esset asserendum, reliqua successiois jura & effectum hic quoque obtinere, adeoque & juri accrescendi locum futurum, liberis à paternâ hereditate abstinentibus, quod arg. d. l. a. 20. & aliorum textuum refragari videtur.

§ V. Progredimur ad liberos, quos ex eòdem & diversis matrimonii sæpe videmus procreatos. Ex eòdem matrimonio tantum si supersint liberi. i. e. si superstes omnes sint germani fratres & sorores, Geschwister von voller Geburt oder beyden Banden, tres tunc diversi observandi sunt casus. Aut (1) omnes descendeutes sunt primi gradus. i. e. filii & filia, & hi in capita succedunt. Aut (2) adsunt soli descendeutes ulterioris gradus, uti nepotes, iique vel sunt ex unò vel ex diversis patribus. Si ex unò, iterum successio in capita locum habet, sin ex pluribus v. g. ex Titò patre duo, ex Meviò tres supersunt nepotes, tum in stirpes, non in capita, fit successio. §. 6. §. 15. in fin. *Inst. de hered. que ab intest. defert. L. 2. C. de suis & legit.* Aut (3) partim primi gradus. i. e. liberi, partim ulterioris gradus i. e. nepotes adsunt. Quò casu, hi in stirpes, isti in capita succedunt *N. 118. e. r.* Quibus in omnibus, si liberi sunt eju-sdem conditionis, *Jus Lubecense* cum *Jure Civili* concordare (postquam §. 7. cap. præced. repræsentationem ibidem quoque locum habere, probavi) *lib. 2. tit. 2. a. 1.* clarissimè suffragante, affirmare non dubito; æquè enim ut *Jus Civile*, omnia bona indistinctè descendentibus defert, nec agnato vel cognatæ, ullum singulare beneficium, uti *Jus Saxonicum Hergewertam* & *Geradam* tribuit, ita quoque *Jus Lubecense* absque istò rerum discrimine proximo heredi defert successioem.

§. VI. Maximum, in quò *Jus Lubecense* à *Jure Civiili* hâc in successione materia, quâ *Descendentium ordinem* recedit, est in illâ supra c. 1. §. 10. notatâ *separatorum* & non *separatorum* differentiâ, de quâ sequentem succinctam accipe regulam: *Quoties non separati adierunt; toties separati paternâ ab hereditate penitus excluduntur*, textibus *Juris Lubecensis* expressim ita prægnantibus planè verbis: *Wesches der Kinder abgesondert ist / daß soll mit seinem Theil zu Frieden seyn / und abgesondert bleiben / es sey gleich wenig oder viel / lib. 2. tit. 2. a. 28. & tit. 1. a. 8. disponentibus*. Ex quibus simul & aliis textibus patet, quod *dissortes liberi cognatos & agnatos excludant, quoties consortes non extant*. Quippe alienas successiones propriis anteponeere minimè voluisse pater censetur. *L. 30. C. de fideicom. arg. §. 1. Inst. de donat. L. 1. ff. de donat. mort. caus. vid. Lib. 2. tit. 2. a. 23. Jur. Lubec.* Imò dissortes etiam uxori patris secundæ in successione jure proprio præferri posse arbitror, nisi constet, patrem liberos in favorem uxoris maximè separasse. *Stryck. d. rr. D. 1. c. 4. §. 15.*

§. VII. De eò dubitatum & disputatum esse sæpè recorder, an, ubi *Jus Lubecense* viget, *nepotes à parentibus separati ab avitis bonis sint repellendi planè, an admittendi?* Placet hic eorum opinio, qui quoad *tempus mortis avi* distinguunt, ita docentes: vel parens, à quo nepotes separati sunt, decessit antè, vel post mortem avi, illò in casu neutriquam separatos liberos ab hereditate avi esse excludendos, sed potiùs, ad exemplum nepotum, qui *L. Jul. Vellej.* patre ab avò exheredatò mortuò, avi testamentum ad similitudinem posthumorum (nisi & ipsi simul cum patre exheredati fuerint) rumpunt §. 2. *Inst. de exhered. lib.* esse admittendos. Pro his ita sentientibus maximè faciunt ipsa *Juris Lubecensis* verba separationem *lib. 2. tit. 2. a. 33.* ad paterna & materna bona, ut videtur, restringentia, solches soll verstanden werden von allem ihrem Gute / Bätterlichen und Mütterlichen / quibus verbis *avita bona* omninò esse exclusa non immeritò quis dixerit, non ignarus, *Statutorum verba* esse ad unguem & ad literam usque servandam. *Gail. lib. 2. O. 33. n. 1.* Accedit quod *separatio liberorum renunciationem hereditatis*, quæ stricti juris. *L. 47. §. 1. ff. de Pactis*, &c, ut res odiosa, potiùs restringenda, quàm extendenda. *cap. odia. X. de Reg. J. in. 6.* complectatur. Contra patre, à quò separati sunt liberi, post mortem avi decedente, & quoad *avita bona* esse excludendos, tum propter illam, quam

13

quam parens ad eundem hereditatem, in bonis suis atque avitis fecit commixtionem: tum propter *alleg. text. a. 16.* Fället einem Wittwer oder Wittwen/welche Kinder haben/ Erbgut an. & paulo post solches alles sollen sie mit den Kindern zugleich theilen/ doch mit diesen Kindern welche nicht abgesondert seyn/ denn diejenigen/ welche von den Eltern abgetheilt/ haben nichts zu fordern. Hinc in locis, ubi *Jus Lubecense* viget viretque, non est inutilis cautela, quam magni nominis Jctus Cothman. *conf. 9. n. 35. & seqq. vol. 3.* separatorum liberorum, tutoribus & consanguineis commendat, ut, si spes fortè sit, opulentam hereditatem à consanguineis ad parentes & ab his ad liberos separatos deferri posse, separationi tanquam liberis nimis detrimetosaè planè contradicant, aut cautiones atque stipulationes interponant, quò partem fortè ad parentes ab iis deventuram separatis liberis referent integram: Quorsum & ducit textus in *a. 33. tit. 2 lib. 2.*

§. VIII. Sequuntur liberi ex *diversis matrimoniis* nati; quoad eos probe attendendum: an (1) sint *comprivigni*, zusammen gebrachte Kinder/ & quisque *suo tantum*, non *alii succedit parenti*, nisi *Unio* prolium, quæ in multis *Germania locis* obtinet, *conf. Gail. l. 2. O. 125.*, intervenerit, tunc enim liberi uniti (modo ritè unio inita) *utrique parenti* æqualiter succedunt, non tamen *sibi* invicem, nisi pacta circa personas, quæ sibi invicem succedere debeant, paulò latius concepta. v. g. Daß diese dergestalt vereinigte Kinder nicht allein ihren Eltern/ und die Eltern hin wieder ihnen/ sondern die Kinder auch unter sich selbst als vollbürtige Geschwister unter ein ander succediren sollen. Jcüll. Da. Stryck. *in tract. de Cautel in Contract. Necess. Sect. 3. c. 6. §. 11.* An fortè (2) alterum *parentem communem*, alterum *diversum* habeant. Quorum illi, qui *diversam matrem*, & *communem agnoscunt patrem*, *consanguinei*, qui *diversum patrem & communem matrem*, *uterini*, propter ejusdem veri societatem, dicuntur. Quorum de *successione* sequentia teneto: *Consanguinei* in bonis *paternis* æqualiter, in *maternis* quilibet seorsim suæ matri: *uterini* e contrario in bonis *maternis* æqualiter, in *paternis* quilibet seorsim suo patri succedit: ita tamen ut *jure communi* & probabili ejusdem interpretum opinione, quilibet ea *bona* habeat præcipua, quæ cum *cercâ qualitate ad communem pervenerunt parentem*, i. e. in quibus parens tantum *usumfructum* retinuit, *proprietates* verò ad *liberos* transit, ut sunt *dona nuptialia*, & quæ bona ob

poenam *secundarum nuptiarum* quoad proprietatem perdit, solò usu fructu istorum bonorum apud parentem remanente. *N. 22. c. 23. Auth. In donatione C. de Secundis Nuptiis. L. 6. C. eod. Gail. l. 2. O. 98. n. 1.* Quod ampliare licet, etiam si liberi illius matrimonii, ex quò bona ita ad superstitem parentem pervenerunt, heredes non sint facti. *Auth. Hæres C. eod. L. 8. §. 1. C. eod.*

§. IX. Ab hoc *Juris Civi.* argumentò, ut intelligatur, quantum *Jus Lubecense* recesserit, non inutile erit *divisionem* eam, quam conjux superstes ad *secunda vota* transiens cum liberis consortibus vel his non existentibus, cum proximis defuncti cognatis, facere tenetur, præmittere & pro instituti ratione paucis delibare. Consortibus existentibus impuberibus, superstes conjux, quam diu in viduitate permanet, ex benignitate *Juris Lubecensis* omnibus bonis utitur, fruitur, licentiâ ea tantum sine heredum consensu aut necessitate alimentorum juramentò probatâ vendendi, oppignorandi aut donandi præclusâ *lib. 2. tit. 2. a. 8.* Ususfructus hujus acquisitio nititur in præsumptâ prioris matrimonii duratione, quam diu enim superstes in viduivò manet, idem durare censetur matrimonium, inde est, quod & viduæ prioris mariti privilegia, forum, immunitates, dignitates, quibus cum conjuge corruscavit, intacta relinqui soleant. Quæ ratio, cum in superstite *secundas nuptias* ambiente cesset, cessat quoque beneficium, bonorum communium ususfructum percipiendi, teneturque contra dispositionem *Juris Civi.* in *L. 6. §. 2. C. de bonis quæ lib. portione* statutariâ sibi retentâ, liberis bona, redditibus rationibus *d. l. a. 23.* & quidem liberis aut proximis urgentibus ante *secundarum nuptiarum consumationem*, restituere, sicuti in causâ *Sigimund Wenselen* quatuor ante annos in *Patriâ à Magnifico Dn. Præ-Consule, Carolo Ramsley t. t. pupillaribus negotiis Præsfectò* pronunciatum scio; nisi aliud per pacta ex parentum aut liberorum utilitate conventum, & idonea fortè oblata cautio. Hâc divisione ritè factâ, parentes quoad liberos divisione à se segregatos, pro mortuis habentur. *Cothm. conf. 44 n. 27. vol. 3. bonaque pleni jure* transeunt ad liberos. Idem *conf. 5. n. 11. & seq. vol. 5.* Qui effectus divisione omiâ cessat, ut ex *d. l. a. 28. & hic §. seq.* videre est.

§. X. Hæc præsuppositis, de ipsâ videbimus *successione*, totò negotiò per *diversos casus* expositò, & satis illustratò: quorum *primus* est: Titius pater ex *Sempronîa* conjuge suscepit duos liberos,



beros, quibuscum, mortuâ Sempronîâ, ambiens cum Meviâ nuptias ex præscripto *Juris Lubec.* dividit bona, juxta *d. l. a. 2. & armaturam* & optimas vestes præcipiens, partes duas constituit æquales, quarum alteram jure communionis sibi retinet, alteram jure hereditariò liberis cedit. Hòc factò Titius secundam superinducit uxorem Meviam, quæ tres ipsi parit filios; post Titius liberis ex diversis matrimoniis existentibus moritur; hoc casu cum (1) allegatus textus *a. 5.* Würde er aber keine Kinder haben mit der letzten Frauen &c. sub hac demum conditione, *prioris matrimonii liberos* ad patris hereditatem admittat, si ex *posteriori matrimonio nulli* super sint liberi. Et (2) textus *a. 34.* Der Meinung/ daß also das Kind soll abgetheilet und abgefondert seyn & paulo post. so ist solche Person Sohn oder Tochter abgefondert und abgetheilet / es sey wenig oder viel / die anderen Kinder aber welche mit den Eltern im gesampten Gut bleiben / die sollen haben das andere nachgelassene Gut ihres Vatern und ihrer Mutter. filiis divisio omnino viam cum non divisio succedendi præcludat. Præterea (3) juxta *d. l. a. 6.* Verschüret nun der Kinder eins / mit welchem die Eltern dermassen getheilet / ehe und zuvor die Kinder unter sich selbst getheilet hätten / so vererbet dasselbe sein Theil auff die andere / parentes à successione filiorum, à quibus se separant, excludantur, & jura successionis sint reciproca; Cumque (4) pater nihil amplius liberis ex hereditate paternâ, quibus in vivis legitimam dedit, relinquere teneatur. *L. 25. pr. ff. de Inoff. Test.* Et (5) ex *Jure Lubecensi* principii locò, tot exemplis & textibus testibus, obtineat, ut ii tantum inter quos communio bonorum est, sibi invicem succedant: & econtrario inter quos hæc dissoluta est, nulla quoque sit successio, non possum rem aliter determinare atque ingenue dicere, quàm quod *liberi posterioris matrimonii tantum patri succedant*, & econtrario *prioris matrimonii liberi in totum sint exclusi.* Quam sententiam & in *Patriâ* observari, innumeris, nisi *notissima* essent, probare possem *exemplis*, vide latius hæc explicantem *Mev. d. er. p. 2. tit. 2. a. 2. n. 147. usque 157. inclusivè*, ubi idem ex *Jcto. Cothm. conf. 5. n. 155. vol. 1.* asserit, *Jctos Marpurgenses* sententiam hanc de jure respondendò comprobasse, & *Modest. Pistor. conf. 2. n. 9. & seqq. vol. 2.* statutum *Bremense*, quod cum *Lubecensi* ferè coincidit, sic pariter explicuisse, liberis prioris matrimonii penitus exclusis.

§. XI. Casus secundus hic esto: Cajus, pater decedens sex ex uxore Catharina reliquit liberos. Catharina vidua post luctus annum, nulla cum prioris matrimonii liberis factâ divisione, aut legitimâ separatione, denuo nubit Lucio, quôcum quatuor gignit liberos; dein moritur & Lucius, vidua autem cum liberis utriusque matrimonii manet in communione, nisi quod unam cum dote elocârit, alterivè filio sumptus ad studia præbuerit. Tandem & vidua Catharina è vivis exiit, hereditatemque liberis ex utroque matrimonio communibus litigiosam reliquit. His ita consulitur. Singuli paterna bona integra præcipua habeant; dein filia dotem conferat. *101. tit. de doris collat.*, non item filius sumptus studiorum *L. 50. ff. fam. erciscund.* arg. *L. 2. pr. L. 21. §. 3. ff. Ad Municipalem. L. 3. §. ult. ff. de Muneribus. L. unic. C. de peric. success. par.* modò sumptus non malè consumpti fuerint. *Carpz. p. 3. c. 11. d. 18. n. 6.* aut suppedians eisdem expressè non declaraverit, se animò credendi tantùm hos impendisse *d. L. 50.* Quò tamen in casu non veniunt sumptus (1) ad alimenta pertinentes, *L. 6. §. 5. de Carb. Edict. L. 5. §. 2. de agnosc. et. alend. lib.* (2) Ad honoraria præceptorum, disciplinas humaniores in scholis trivialibus addiscendas dati. (3) Viatica, & sic deinceps *vid. Vin. de collat. c. 3. n. 1. & seqq.* Denique collatione ita factâ & *are alienò ex communione solutò*, æqualiter reliqua liberi diversi matrimonii inter se dividunt.

§. XII. Sequitur tertius casus. Anna ex priori matrimonio tres liberos habens superstites, *haud subsecutâ cum liberis bonorum divisione*, alteri nubit marito Sejo, quòcum genuit filios duos. Deinde Anna communis mater moritur, quò casu superstitem conjugem instituire oportet divisionem sequenti modo. Æs alienum ex communibus bonis detrahitur, ita ut etiam ex eò quod liberorum fuit, solvatur pro ratâ, exceptis impensis atque vestibus nuptialibus, quorum nomine bona liberorum prioris matrimonii non tenentur, *lib. 2. tit. 2. a. 26.* Die Schuld soll der Mann zahlen von dem gemetnem Gute/ die Unkosten zur Hochzeit aber und hochzeitlichen Kleider/ soll nicht von der ersten Kinder-Gut bezahlet und gegolten werden. Nulla portio statutoria (*in odium forte non facte divisionis*) deducitur, & reliqua defuncti patris bona prioris matrimonii liberi præcipiunt, matris verò bona integra inter vitricum & utriusque matrimonii liberos in capita, adeoque hic in sex partes æquales dividuntur. *d. l. a. 28.* Ihr Mutter Gut

Sut sollen sie mit dem anderen Mann und seinen Kindern theilen nach Hauptzahl. Cujus divisionis ratio est *jus societatis*, quod cuique virilem tribuit portionem; æris verò alieni solvendi necessitas ex bonis liberorum, est juxta *L. 10. ff. de R. J. commodum* succedendi matri communi, quod juxta §. 10. *huj. cap.* non sensissent, si mater ad secunda transiens vota secundum *d. l. a. 2. divisisset bona*.

§. XIII. Denique pro *casu quartò*, pone, *omissâ* iterum *divisione cum prioris matrimonii liberis*, parentem binubum, secundâ conjuge, ex quâ nullos suscepit liberos, relicta diem obiisse. Hoc casu æquè ut antecedente juxta *d. a. 28.* priùs liberi prioris matrimonii bona defuncti parentis, non deductò semisse, integra præcipiunt, idemque facit conjux superstes præcipiendò sua bona illata (quæ, si superstes viduus erit, & bona constante ultimò matrimonio acquisita complectuntur, idque propter usumfructum, qui pro oneribus matrimonii ad maritum pertinet. *arg. L. 12. §. 3. ad Exhibendum. L. 7. pr. ff. L. 10. §. 3. ff. L. 10. C. de jure dotium L. un. §. 9. C. de R. U. A. vid. Dn. Mev. d. tr. p. 2. tit. 2. a. 12. n. 124.* ubi sententiam hanc, Syndicorum judicio Reip. Lubecensis confirmavit.) Dein *es alienum*, si adest, non, ut priori casu, ex *communione*, sed ex *defuncti tantum bonis* solvitur, uti vocabulum *Erbschafft* / *cujus in d. a. 28.* est notanter facta mentio, innuere videtur; quippe eò non modò bona, sed omnia jura defuncti exprimuntur. *L. 119 de V. S.* Tandem divisio fit in duos semisses, ex quibus unum ex *Juris Lubecensis* beneficiò vitricus aut noverca, alterum privigni ejus seu defuncti conjugis liberi capiunt. In quò *Jus Lubecense à Jure Civili* non parum recedit, quippe hoc, liberis ex priori matrimonio existentibus, non concedit, ut vitrico vel novercæ ullò titulò plus, quàm uni liberorum prioris matrimonii relinquatur. *L. 6. pr. C. de Secund. Nupt.* Cujus dispositio, quin contrariò jure aut consuetudine mutari rursus poterit, nullum apud me est dubium.

§. XIV *Jus Civile Romanum nasciturorum*, in successione materia non minus, ac jam natorum habuisse rationem innumeri evincunt textus; brevitati studentes hâc provocamus vice tantùm ad *L. 7. ff. de statu hom. L. pen. cod. L. 1. pr. ff. de ventre in poss. mittend.* pariter *Jus Lubecense* eorundem jura durò, quod dicunt, vultu non respexisse, facile mihi ominari & colligere licuit, pensculatiùs textu *Lib. 2 r. 2. a. 30.* inspectò. Ita tamen demum ex *utriusque Juris convenientiâ* ad

C  
suc-



successionem sunt admittendi posthumi aut nascituri, si (1) *vivi*, nec *prodigiosi* nascantur. L. 3. C. de posth. hered. inst. L. 14. ff. de statu hom. excessu aut defectu naturæ hic minimè attentò L. 10. §. 2. ff. de Edictio Edict. licet ex uterò maternò exfecti. L. 12. pr. ff. de lib. & posth. aut, signò editò, statim decesserint. L. 3. C. de posth. hered. inst. vid. Carpz. p. 3. c. 17. de 19. Stryck. de rr. D. 1. c. 2. §. 14. ubi testatur sæpè partum ex motu cordis pronunciatum fuisse vitalem & hereditatis capacem.

(2) Si *justò* nascantur scl. post obitum mariti à *septimò mense* usque ad *decimò*, & quidem circa hujus *finem* & illius *initium*. L. 12. ff. de Statu. hom. L. 3. §. 11. de Suis & legit. Medici tamen Physici & Jcti *sexto* & sub *initio undecimi* mensis natum pro legitimò habent. Hippocrates de *Obtometri partu in fin.* Plin. 7. nat. hist. cap. 5. Hahn. ad Wesf. tit. de statu hom. n. 3. Gell. Noct. Attic. lib 3. c. 16. qui decretum Hadriani partum in *undecimò mense* editum pro legitimò habens recenset, conf. Sperling. de format. hom. in utero c. 9. q. 1. ubi exempla tradit, quod homines *sexto mense* editi vitam ad plures annos produxerint. Hic tamen computatio mensium à *tempore conceptionis* omninò computanda. Andr. Rauchbar. p. 2. q. 24. n. 49. & seqq. Cœterum non deesse casus aut exempla, quibus ob bonos atque honestos mores & non ambiguum foeminae pudicitiam, *duodecimèstris partus* sit legitimus pronunciat, testantur Dn. Jctiff. Stryck. d. l. §. 17. Joach. à Beust. de *matrim. c. 36. p. 1.* cautè tamen hic procedendum esse monent, ne malitiæ apperiantur fenestæ, aliend partu facile suppositò. Unde *notare*, non verò cœcò impetu *imitari* licet *Advocatorum Parisensium* sententiam, quã viduam *XIV. mense* justè peperisse pronunciarunt. conf. omninò Gothofr. ad N. 39. c. 2. Lit. Z. &, quod ibi habet, monitum.

§. XV. Dum autem *jure Civili* apud Romanos posthumus sperabatur, *explosis* quinque, ut ait Julianus L. 36. de solut & lib. receptaculis vulvæ mulieris, *tres ventri* constituebantur *partes*. L. 28. §. fin. ff. de Jud. L. 3. ff. si Pars hered. pet. quia, *tergeminos* nasci posse, credebatur; pluribus verò fortè natis, cœteris pro ratã de eã parte, ex quã heredes facti sunt, *decrefcebat*, & paucioribus natis, *residuum accrescebat*. L. 4. eod. Moribus *hodiernis* cum rari *gemi*, rarissimè *tergemi* nascantur hanc L. L. Romanarum, providam constitutionem vix obtinere putat Dn. Brunem. ad alleg. l. 3. t. all. *Jur. Lubecensi* & quidem dictò a. 30. cautum. esse legimus, viduam gravidam, donec pepererit, in *bonis*

nis mariti defuncti inturbatam esse relinquendam. De nepote post defunctum avum conceptò in successione articulo quomodo ei succuratur, *conf. Jcti Dn. Henrici Coccei Disput. Francofurti ad Viadr. A. 1696. de Successione Nepotum habitam.*

§. XVI. Succedunt ad ductum §. 1. *huj. cap. liberi legitimi facti.* Horum primi *adoptivi* vel *arrogati*, si tempore mortis adoptantis in ejus familia reperiantur, eidem ab intestato, sicut filius naturalis & legitimus, succedunt. *L. 10. §. 1. C. de Adopt. h. e. soli* excludunt ascendentes. *L. 2. §. 6. ff. Ad. Sct. Tert.* cum legitime verò natis concurrentibus in æquales succedunt partes *L. 5. C. de Suis & legit.* Quod adèò verum, ut & nepos adoptivi filii succedat. *d. l. 10. §. 4. C. de Adopt.* & adoptatus nepos avum propter ejus in adoptionem consensum, excludat. Neutiquam verò agnatis & cognatis, nec uxori patris adoptivi succedunt *L. 10. §. 1. verb. patrem quidem. C. de Adopt.* nisi ipsa uxor per indulgentiam adoptaverit. *§. 10. Inst. eod. L. 5. C. eod.* vel ab avò maternò sint adoptati, tunc enim avie jure sanguinis succedunt. Si verò adoptati vel arrogati in testamento sint omitti aut præteriti, illud neque inofficiosum dicere *§. 14. Inst. de hered. qua ab intest. d. l. 10. §. 1. C. de Adopt.* neque emancipati de spe succedendi privatà queri possunt *d. l. 10. §. 2. §. 11. Inst. de hered. qua ab intest.* Hanc facilem præteritionem & emancipationem respexisse, puto, Imperatorem, quando jure veteri posthabito *§. 13. Inst. de hered. qua ab intest.* nihilominus adoptivis, licet patri adoptivo jam succedant, viam ad patris sui naturalis successionem reliquerit *§. 14. Inst. eod. d. l. 10. §. 1.* Nec est, quod ex *pr. d. l. 10.* objicere quis præsumat, vi ejusdem ab avò maternò adoptatum naturali patri non succedere, quippe & hunc casum per *N. 118.* quæ derivationem sanguinis tantum sequitur, correctum esse, verior videtur sententia, ad stipulante Jctò Stryck. *d. l. §. 39.* Nec id ignorandum, quod *arrogati impuberes sine justâ causâ exheredati* vel *emancipati*, præter bona, quæ ad arrogatorem transulerunt, *quartam* propitiò jure communi petere possint. *L. 8. §. 15. ff. de Inoff. Test.* Quam *quartam* in temeraria emancipationis aut exheredationis poenam, non *legitima*, sed *totius patri-monii* esse, arbitror, tam LL. quàm Ddrum auctoritate motus. *§. 3. Inst. de Adopt. L. fin. ff. siquid in fraud. patr. l. 22. §. 1. ff. de Adopt.* Struv. *Ex. 3. th. 60.* Scotan. in *Exam. jurid. tit. de Adopt.* Borchhold. *ad d. §. 3. Inst.* licet nec me fugiat, quàm magnus sit eorum, qui dissentiant, numerus.

§. XVII. Hujus adoptionis aut arrogationis cum Jus Lubecense, nullibi, quantum mihi legenti & aliis hactenus constet, ne *verbulò* mentionem faciat, sed simpliciter & nominatim in succedendi ordine, primùm *liberos*, deinde *nepotes*, postea *fratres separatos* & sic deinceps, vocet *Lib. 2 tit 2. a. 1.* haud mihi persuasero, factâ in loco, ubi arcta *Juris Lubecensis* est auctoritas, adoptione, tantum ei tributum iri, ut *successionis ab intestato jura* post se relinquat, & adoptatus ad successionem, avò vel fratre exclusò, vel cum liberis legitime natis admitatur. Etenim, cum verba in *Statutis* propriè, maximè cum de aliorum, qui jus habent, exclusione agitur, sint accipienda, & propriè *appellatione liberorum* non veniant *adoptivi*, arg. *L. 220. ff. de V. S. Gail. lib. 2. O. 136. n. 14.* & ab eo citatus Curtius jun. *conf. 339. n. 27. 28. et. 45.* imò ex assertione *Dd. gloss. in L. 51. ff. d. Legatis. II. vid. L. 76. de cond. & demonst. appellatione filiorum in casibus* in jure nuncupatim expressis tantum veniant, idem verò nostro *Jure Lubecensi* nusquam factum reperiam, non possum adoptivis, *lege silente*, in successionis materiâ locum relinquere, cum nec ignotum mihi sit, in bene *multis aliis articulis* ab eò jure, quò *naturales liberi* indubitato gaudent, *adoptivos* excludi. Sic (1) in feudis non succedunt. 2. f. 26. (2) donationem factam hodie non rescindunt. *conf. L. 8. C. de revoc. donat.* (3) In hac conditione, *si liberos reliquerit*, non comprehenduntur. *L. 51. §. f. ff. d. legat. II.* (4) In excusatione tutelæ *pr. Inst. de excus. tutor. vel curat.* & vacationibus munerum & præmiis non profunt *L. 2. §. 2. ff. de vacat. & exc. mun.* (5) ex communi eaque plane justâ *Ddorum* opinione sub statutò foeminas, si *liberi adsint masculi*, non comprehenduntur, neque foeminas excludunt. *conf. Gail. d. l. all. Dd. ad §. 8. Inst. de Adopt.*

§. XVIII. Secundos legitime factos, *legitimos*, scil. quod attingit, hi si per *subsequens matrimonium* (quæ legitimatio juris positivi est. Hahn. ad *Vel. tit. qui sui vel alieni juris sunt n. 3.* & à Constantino introducta, à Zenone verò Anastasio & Justiniano approbata *L. 5. 10. C. de Natural. lib.*) etiam à *sene* decrepito, vel in articulo *mortis* contractum legitimitati fuerint, cum *legitime natis equaliter* per omnia succedunt. *c. tanta. X. qui fil. sunt legit.* Gail. *lib. 2. O. 141. n. 8.* licet etiam *medium matrimonium* intervenerit arg. *L. 20 ff. solut. matr. L. 73. §. 1. L. 83. ff. de Jure dotium*; aut post legitimationem

alii

*alii liberi, sive nulli nati fuerint, sive nati quidem, & postea mortui.*  
 §. 2. *Inst. de hered. que ab intest.* aut matrimonium hodie fortè *dissentientibus parentibus* contractum. confer Carpz. *L. 2. d. 45. n. 5.* aut *putativum* fuerit *matrimonium* Stryck. *d. l. §. 65.* dum fortè ea, quam cum cognosceret, ignorabat esse alterius conjugem, in matrimonium post ducta, quod ob bonam fidem & favorem status innocentium liberorum inductum esse quisque facile intelligit. *arg. c. ex tenore. X. qui fil. sunt legit. arg. L. 3. ff. de Off. Prat.* De eò verò mihi, & aliis, major est dubitandi ratio, an si quis eam, quam *vivâ uxore*, attamen sine *promissione futurarum nuptiarum*, aut *infidus vite structis*, adulterio polluit, exque quâ *liberos* tum procreavit, post, *mortuâ uxore*, moribus hodiernis tale matrimonium secundum *Juris Canonici* ductum permittentibus, in matrimonium ducat, *liberi ante nati*, qua *successionis jura legitimentur*; cum enim inter has personas, nuptiæ tempore concubitus subsistere non potuere, ad quod tamen tempus matrimonium postea subsecutum retrahendum, non videtur ad hosce liberos extendenda legitimatio, cum & inconveniens videatur, eos usque ad contractum matrimonium planè pro illegitimis, & ab illò demum tempore pro legitimis haberi. Interim cum res hæc tota dependeat à *consuetudine & moribus*, quousque & quò cum effectu tale *matrimonium approbatum sit, aut toleratum*, potius mores respiciendos arbitror, quàm generali definitione eos à *successionis jure* excludere. Longè tn. faciliùs *legitimationis & successionis effectus* ad eos extendo liberos, qui ex uxore, quæ tempore prægnationis propter legis prohibitionem uxor esse non potuit, sunt nati, *subsecutâ post Superioris dispensatione*; modò tamen ea plenum jus matrimonii, non nudam tantùm aut simplicem tolerantiam involvat. Stryck. *d. l. §. 69.*

§ XIX. Hocce jus per *legitimationem* acquisitum indistinctè, sive media persona adfuerit, sive non, ad *nepotes* devolvi. non dubito asserere, *arg. L. 5. ff. de grad. Scotan. in Exam. jurid. tit. de natural. lib. p. 43.* matrimonio hodiernis moribus per *deductionem ad templum, libros ecclesiasticos*, & ipsam *benedictionem sacerdotalem*, quæ ad effectum legitimatiois præcise non requiritur. *Mev. p. 2. d. 81.*, per testes solennibus nuptialibus interesse solitos *vid. Wel. n. 5. de Ritu. Nupt.* satis probatò, licet alia nulla aut *instrumenta dotalia*, quorum necessitatem aliqui, quibus non ad stipulor, *jure Civili* requirunt, per §. f. *Inst. de*

*Nupt. moti.* Ex quo Ddribus magnus semper fuit visus honor & favor matrimonii, conf. J. Cui Kleinen de hoc argumenti genere Roscobii superioribus annis editæ dissertationes, & simul Juris Canonici, omnem maculam per matrimonium subsequens in famosissimo illò textu c. ranta. X. qui fil. sunt. legit. tollentis auctoritatem, summâ niti æquitate existimatum est, non dubitaverunt quoque jura ita legitimatorum extollere, iisque unanimi pene consensu, omnia legitimè natorum attribue privilegia. Hinc (1) liberos taliter legitimatos etiam sub statuto, quamdiu masculi legitimè nati extant, feminas excludente admittunt, fœminis per hos quoque exclusis. Gail. lib. 2. O. 141. Rich. ad Nov. p. 7. c. 6. n. 3. qui & sententiam hanc præjudiciis Cameræ Imperialis approbatam dicit, ratio enim statuti excludentis fœminas in legitimatò æquè militat, conservatio scl. agnationis aut familiæ (2) Admittunt eos ad exclusionem substituti, in casum, quò non extant legitimè nati. Gabriel. Lib. 6. tit. de legitimatone conclus. 1. ampliati. 13. & quoties etiam filii veri, non sibi alicui sunt substituti. Tiraq. disp. 16. sb. 2. tit. B. in fin. Ita legitimatos pro verè legitimis agnoscunt. Gail. d. l. n. 1. (3) Testimonium natalitium iis indulgent. Carpz. p. 2. c. 6. d. 15. conf. omninò. Mev. p. 3. D. 87. Id obiter notandum autem est, eos, qui ante nuptias concepti, post easdem demum nati sunt, non legitimatis, sed legitimis esse annumerandos, cum in quæstionibus de statu liberorum non conceptionis, sed partus tempus, si hoc illis utilius, sit inspiciendum. L. 11. in fin. C. de natural. lib. Quæ scire, in illustri quæstione unâ atque alterâ decidenda, quam brevitatis studiò omittimus, multum juvat.

§. XX. Est quidem quâ effectum & favorem aliqua inter legitimatorem per subsequens matrimonium, & per Rescriptum Principis differentia, attamen nulla circa jus successionis, quod æquale est utròq; modò legitimatis: N. 12. c. 4. N. 89. c. 9. obtinent etiam hoc ipsum cum omnibus dependentibus & consequentibus per Rescriptum, seu, quod idem hodie est, auctoritate Cæsareâ à Comite Palatinò legitimati. Mev. p. 9. Decis. 125. Id tamen interest, quod hæc legitimatio regulariter fieri soleat, nullis tempore legitimatorem extantibus justis liberis. Auth. Præterea. C. de Natural. lib. N. 89. c. 9. ibi filios legitimatos non habens & paulo post, legitimis non extantibus. Si postea legitimi fuerint nati, hi ante legitimatis successionem auferre non valent. N. 89. c. 9.



23

res enim semel perfecta & consumata, licet ad eum casum, à quo incipere non potest, pervenerit, non irritatur. *c. factum legitime de R. I. in 6. l. 85. §. 1. ff. de R. J.* Quod si Princeps, vel hodie Comes Palatinus, cui hoc Princeps nuncupatim concessit, expressis Patris precibus motus, cum clausula, *non obstante legitima prole*, legitimaverit. Struv. *Ex. 3. th. 55.* non dubitandum, quin ad *successionem cum liberis ante legitima* sint admittendi, his non tam *jure quaesito*, aut *jure in re* jam ablatò, quam *quarendò* restrictò. Facilius tollitur *quarendum*, nec, cui est de rebus suis dispositio, illud alteri præcludere prohibetur. Covarr. *Var. Resolut. l. 3. c. 6. n. 1. Mev. p. 9. Dec. 126. infra in not.* Quod si *patre mortuò* à Principe petatur legitimatio, non inutilis cautela est, ut ea res cum eorum, quorum interest, consensu suscipiatur, idemque exploretur, cum enim de justò atque piò Principe præsumere non liceat, quod jus *quaesitum* aliis auferre voluerit, & ne quidem ex *potestate absolutà*, quà tantum ex justà & legitimà causà & cum ratione atque singulari cautione prudentissimè juxta & parcissimè uti solet, non poterit facillè sud, nisi iis auditis, potiri effectu legitimatio, si plenum jus succedendi legitimatus respexerit. Hæc provisio maximè commendanda iis, qui in *Feudis* succedere cupiunt, cum enim ex primà in vestiturà sit agnatis jus *quaesitum* sine gravi & necessarià causà hoc iis invito non potest auferri. Gail. *lib. 2. O. 142. n. 15.* De cæterò, quo de *liberorum* per *Comites Palatinos*, germ. *Kayserl. Pfalz und Hoff-Grassen* dictos, *hodie legitimatorum juribus* clarius constat, licet hic mihi ad articulum *Diplomatis* ab *Invidiosissimo Imperatore bodièrò Leopoldò* &c. &c. &c. Anno 1696. d. 13. Junii *Viennæ* clementissimè *Dni Præsidis Patruo*, Excell. *Dno Georgio Umseln U. J. Doctori celeberrimo* indulti provocare, in quò inter reliquas *Comitiæ Amfelsianæ* prerogativas hæc legi. *Wir Leopold von Gottes Gnaden erwheleter Römischer Kayser/ &c. &c. &c. Bekennen öffentlich &c. & post aliis adhuc præmissis: der vorgeante George Umsel soll und mag auch Manns und Weibs Personen (jedoch Fürsten/ Graffen/ Freyhern und Adelige ausgenommen) jung und alt / so außser der heyl. Ehe geböhren/ sie seyn gleich von ledigen/ einer oder zweyen ehelich verheuraten zu nahe gesippen Persohnen/ oder aus ander in geist/ und weltlichen Rechten verbotenen Vermischungen/ wie die allesämtlich oder besonder beschehen und sürgangen/ oder inder Nah-*

men

men haben möchten / erzeuget / legitimiren und ehrlich machen / und mit denselben ihren unschuldigen macul und Vermählung oder unehlichen Geburt halben dispensiren / solche macul und Vermählung von ihnen gänzlich auffheben / vertilgen / abzuthun / vernichten / und sie in die Ehr und Würde des ehrlichen Standes setzen und erheben / also daß denen so / wie obstehet / von ihm / Georg Amfels / geehlinget und legitimirt werden / solch ihr unehlich Geburt / weder inner / noch aufferhalb des Gerichts / noch sonst in kein andere Weise noch Weg / zu einiger Unehre / Schmach / Veracht / Verkleinerung oder Verwerfung fürgehalten / noch sie deren in einigen Handlungen und Sachen im geringsten nicht entgelten / sondern für ehrlich angehalten / gesprochen / erkennet und zu allen Ehren / Würden / Geist / und Weltlichen / Bürgerlichen und andern Aemptern / Ständen / Jünfften und Handwercken / wie andere / so von Vater und Mutter ehrlich gebohren seynd / angenommen und zugelassen werden / und derselben auch aller und jeglicher Gnad / Freyheit / Fortheil / Recht und Gerechtigkeit / auch gute Gewohnheit mit Leben und Aemptern zu haben / zu empfangen / zu tragen / Lehen und all ander Gericht und Recht zu besitzen / Urtheil zu schöpfen / und Recht zusprechen / in allen und jeden Ständen und Sachen fähig / und des alles empfänglich / darzu tauglich und gut seyn / doch mit dem ausdrücklichen Beding / daß sie ihrer Vatter / Mutter und Geschlechts Nahmen / Stand / Schild / Helm und Kleinod ohne deren consens und Bewilligung nicht haben / führen und gebrauchen. &c. &c.

S. XXI. De sublatis aliis veteribus legitimandi modis. v. g. ut filius curiæ offerretur, aut filia curiali nuberet, (qui modus à Theodosio & Zenone, introductus quod plures essent, qui onera curiæ ferrent,) Reip. facie planè mutata, non attinet hodie magis dicere; & quamvis sint, qui putent, hodie oblationem Monasterii in curiæ oblationis locum successisse. arg. l. 3. §. 4. C. de Natural. lib. §. arg. Auth. Ingressi C. de SS. Ecclesiis non tamen his hucusque subscribere possum. Id qua legitimatos mihi discutiendum pro instituti ratione est, an propositio Jure Lubecensi, aut cum ejusdem repugnantia, ad successionem admitti aut excludi possint, qui per subsequens matrimonium vel per Rescriptum Imperiale sunt legitimati. Hoc, quantum mihi legenti constat, certum est, nullò Jure Lubecensis in textu taliter legitimatorum fieri mentionem, eosdemque, eò jure, nomi-

nominatim, aut verbis disertis ad successionem, ut *jure Communi*, non vocari, interim tamen ex eò capite & silentiò solò vereor legitimatos à successionis jure excludere. Cum enim, ut supra notatum, per subsequens matrimonium legitimi, per omnia inque omnibus legitime ab initio natis comparentur, & nomine legitimorum veniant, iidemque etiam ex unanimi Doctorum benignà opinione in statutis sub legitimis comprehendantur, conf. *Mev. p. 3. Dec. 87.* licet etiam liberorum cum adjunctò, *Wolsoder Wolsbürtig* / faciant mentionem *all. Mev.* non inverisimilis est præsumptio, *Nomothetiam Lubecanam* eos, illegitimorum, *der Unehlichen* / à successione factà exclusionem, sub *legitimis liberis* inclusisse. Cum & aliorum locorum statuta, *Frankofurtorum* part. 5. in principio n. 5. *Norimbergicorum*, tit. 34. *jus commune* sequantur, legitimatos per subsequens matrimonium ad successionem admittendo. conf. *Menoch. C. 266. n. 8.* & seqq. ubi pluribus hoc ipsum comprobatur. Legitimatos verò per *Rescriptum Principis* quod attinet, quamvis ad successionem ex *jure communi* dependentem sint utiq; admittendi, ad statutariam tamen eos non aliter videmus admittere Doctores, quàm si ad *statutum* quoq; nominatim sint à *Principe* legitimati. conf. *Mev. p. 2. tit. 2. a. g.* conf. *tamen modò all. Diploma Cesar.*

§. XXII. Restat in hoc capite *illegitimorum* successio, quibus *naturales*, & hodie ex *duobus soluris*, inter quos matrimonium non est prohibitum, procreatos germ. *Lieb & oder Jungfrauen & Kinder* / annumeramus. *Lauterbach. in Compend Juris tit. quis ordo in poss. servetur.* *Struv. Ex. 38. th. 22.* hi patri liberos legitime natos vel adoptivos, propter *notabilem textum N. 18. c. 5. ab initio verb. legitima penitus sobole non existente ( filiorum dicimus aut nepotum aut NB. cetera successionis )* vel saltem *legitimam conjugem* habenti superflitem, non succedunt; nisi quod *alimenta* boni viri arbitrato ex bonis paternis secundum substantiæ mensuram præstanda capiant. *Auth. Licet. C. de Natural. lib. N. 89. c. 12.* Neque his naturalibus *patris arma* gestare permittitur, neque *insignia*, nisi patre vel consuetudine permittente. *Baldus in L. 6. ff. de his qui sui vel alien. conf. art. alleg. Cesar. Diplomatis in fine.* Imò, si nulli superflites fuerint legitimi, si tamen parens *multitudinem* simul habuerit *fornicantium*, & ex illis filios habens moriatur, à *successione*, non tamen ab *alimentis*, excluduntur. conf. *d. N. c. 5. arg. §. fin. Inst. de leg. agn. tut.* Hodie multis in locis patrem naturalem vivum adhuc à Magistratu, ut pro quantitate patrimonii certam bonorum portionem alimentorum loco li-

D

beris

beris naturalibus assignet, compelli, satis est notum. conf. Rittersh. *ad Nov. p. 7. c. 5. n. 12.* Quod si verò nec liberi iusti, (qui in *d. Auth. Licet.* soboles civilis, & proles legitima vocantur) neque legitima conjux supersint, liberi naturales, eorum numero non attentò, ad *sexantem* cum *matre partiendum* admittuntur. *d. N. 89. c. 12. §. 4.* adhuc hodie idem in terris Principum Evangelicorum observari testatur. Carpz. *decis. 167.* Quam ob successionem & hi patri naturali parem, si opus sit, tenentur præstare pietatem. *d. Auth. Licet.* non etiam æs ejus alienum solvere, *rot. tit. C. ne filius pro parve. arg. L. 5. §. 14. ff. de agnoscendis & alien. lib.* Sed hæc, quæ modo allata sunt, neque ullò in casu ad nepotes liberorum naturalium extendenda, sive vitium naturalitatis, ut sic loquar, primùm inceperit in nepote, vel avus ex filio naturali habeat nepotem legitimum sive naturalem, propter textum generalem *L. fin. C. de Natural. lib. ibi. nulla legitima consequentia custoditur.* Item *jura ab intestato in avi successione nemini eorum penitus aperimus. junct. N. 89. c. 12. in fin. ubi d. l. fin.* confirmatur. conf. Rittersh. *p. 7. c. 5. n. 13.*

§. XXIII. Meliori planè fortunâ gaudent liberi naturales in maternâ successione: Matri enim etiam *illustri.* Struv. *Ex 38. th. 21.* indistinctè sive soli fiat, sive cum legitime natis concurrant, succedunt. *L. 5. C. Ad Sc. Orph. arg. §. 3. Inst. eod.* Imò cum hi in maternâ successione jure legitimorum utantur, non solum matri, verùm & maternis ascendentibus in infinitum succedere, concors est Ddrum opinio. *L. 2. §. 8. ff. Unde cognati L. 5. C. Ad Sc. Orph.*

§. XXIV. An verò & inter naturales, eos, qui ex putativo matrimonio, aut qui, *contractis sponsalibus*, ante *benedictionem sacerdotalem* procreati sunt, annumerare liceat, aliquando disputatum invenio, quod tamen re exactius omni pensatâ negatur, meritoquè utrique legitimi putantur. Ad hos enim quod attinet, licet teste Carpz. *Jurispr. Eccles. L. 2. d. 142. isegloyia* die *Priesterliche Einsegnung* oder *Copulation*, moribus nostris adèd necessaria sit, ut omitti non possit; non tamen ita necessaria est, ut omiſſa eâ sit illud matrimonium nullum, cum per *L. 30. ff. de R. J.* ejus substantiale nil quidquam aliud, quàm consensus sit, ut latius hoc contra Cypræum probat Hahn ad *Wel. tit. de Ritu nupt. n. 5. ad verb. benedicente nubentibus.* Ubi Responsum *Facult. Helmstad.* matrimonium *fidelis cum infideli* citra *isegloyias* initum approbantis refert, & à Juris Consultorum Tubingensium de eodem factò contrarium respondentium sen-

sententiâ recedit, conf. *omniñò*, *Mev. p. 2. Dec. 81.* Ipsi canones liberos post clandestina sponsalia natos pro justis habent. *c. quod nobis. de clandestina desponsatione.* Quare & hos in praxi, ut legitimos, ad successionem admitti, præjudiciò ipse supra modo citatus confirmat *Carpz. p. 3. c. 14. d. 12. Struv. d. l. rb. 22.* Minùs de successione liberorum, qui ex putativò matrimonio nati sunt, est dubitandum, cum Imperator hos, qui justò errore decepti contra LL. nuptias contraxère, legis exemerit laqueis. *L. 4. C. de incest. & inuicil. nupt. adde cap. cum inter. qui fil. sunt legit.* Id quod *Pontifex* extendit in *c. ex tenore. x. d. 1. ut &* hos, qui ex matrimonio, in quo alter conjugum impedimentum scivit, nati sunt, pronunciet legitimos. Eadem verò & in *nepotibus* ex putativò matrimonio natis procedere asserit. *Herold. de jure represent. c. 4. Sect. 1. concl. 1. §. 14.* Tantus præterea matrimonii est favor, ut filius in *matrimonio natus*, licet mater de adulteriò convicta fuerit. *L. 11. §. 9. ff. Ad L. Jul. de Adult.* aut soboles nata sit constante matrimonio ex matre, quæ diu sterilis fuit. *Gail. lib. 2. O. 97. n. 13.* nihilominus censetur filius legitimus. Partum verò illegitimum & successionis incapacem ex his nasci, qui benè probequè scientes impedimentum, in facie tamen Ecclesiæ matrimonium contraxère, haud quisquam dubitavit.

§. XXV. Deterioris longè conditionis naturalibus sunt *spurii*, qui & vulgò quæsitii seu concepti, nothi, bastardi quasi *bÿser Uet* / vocantur. Hi patri §. 12. *Inst. de nupt. §. 4. de success. cognat.* multominus aliis per lineam paternam ascendentibus, vel ullo modo conjunctis omninò non succedere possunt. *L. 2. L. 4. ff. Unde cognati.* Non enim patrem, qui incertus habent, nuptiis nullum, *L. 5. ff. de in jus vocando*, aut non talem, quem patrem habere licet, demonstrantibus. *L. 23. ff. de statu hom.* Apud *Suecos*, *Gorhos* & *Norvegios* vix olim spurii in honestorum virorum consortio versari licuisse, alli sunt testes. Apud *Helverios* & in plerisque *Germaniæ civitatibus* nequidem ad communes tribus admitti, & in *regnò Galliæ*, ne legitimatos quidem, pariter erudimur. *vid. Georg. Schönborn. polit. lib. 2. c. 10.* Quibus & *jus divinum Deut. 23. v. 2. vid. omninò Sap. 3. v. 16.* & aliquà ex parte *Jus Civile* adstipulatur *L. 3. §. 2. ff. de Decurionibus.*

§. XXVI. Sed qua *maternam* successionem *Spurii*, ut *naturales*, succedunt, de quibus in §. XXIII. *huj. cap.* Excipe tantum matrem, si sit (1) *Illustris* & (2) liberos *legitimè* natos præter spurios habeat, cui spurius,

his duobus simul concurrentibus, unum enim eorum non sufficit, non succedit, sed ab iis excluditur. *L. 5. C. Ad Sc. Orph.* cum injuriosum illisque temporibus indignum fuerit, in mulieribus illustribus spurios nominari *d. l. 5.* neve liberi justis cum spuris concurrentes maculâ aspergantur; quod & ad casum, si liberi illustres hereditatem repudiaverint, extendendum esse putat. *Dn. Stryck, d. l. §. 54.* His autem non existentibus, *solum illustrem matris dignitatem* non obesse spuriorum successioni, à contrariò *ex d. l. 5.* deductò argumentò, non malè concludit *Scotan. in Exam. Jurid. tit. ad Sc. Tertul. p. 584.* Duo adhuc notanda esse censo (1) *nobiles*, quas *hodie* dicimus, matres, *Illustrium* jure, de quib. *lex. all.* disponit, frui, & ab illarum successione excludi non posse spurios, cum ii, qui in jure vocantur *illustres*, longè majorem muneris sustinuerunt dignitatem, quàm est sola nobilitas generis *Dn. Mev. p. 2. D. 83.* (2) Licet propter existentiam legitime natorum à successione illustris matris excludantur spurii, æquum tamen esse, ut iidem, donec se exhibere sibi que acquirere valeant, legitimis liberis etiam existentibus, ex bonis matris illustris alantur, atque erga eos omne officii & charitatis genus, momentibus textibus *c. pasc. 21. cap. non satis. cap. est probanda. 16. dist. 80.* exerceatur, naturâ ipsâ differentiam inter liberos facere nesciâ *N. 74. c. 1. N. 89. c. 9.* quin indistinctè filium alere jubente arg. *pr. Inst. de J. N. G. & C. vid. L. 4. ff. de agnost. & alend.* *Trahimus* huc verba *Ciceronis lib. 3. de finib.* ita dicentis; *hæc inter se congruere non possunt, ut procreare quidem natura veller, diligere autem procreata non curaret.* Collimat eodem *Augustini dictum: quod non parvisti, occidisti.* videas *Grot. de J. P. & B. latius hoc deducentem lib. 2. cap. 7 n. 4.*

§. XXVII. Tandem pessima illorum sequitur conditio, qui ex *damnabili* aut legibus *odibili* sunt procreati *coitu.* Quò nomine veniunt filii ex *incestu*, *adulteriò*, ex *raptu*, *bigamiâ* &c. editi. Quibus ex communi *Dd.* opinione ex *Sacerdote* & *concubinâ*, aut *virgine Deo* dicatâ, quam etiam *Kloster Jungfer* vulgò vocamus, nati annumerantur *gloss. in cap. fin. N. 89. Borcholt ad §. 3. Inst. de Sc. Orph. Vin. ad. §. 28. in Not. Inst. de Legat.* Hi igitur omnes, nec matris, nec patris bona sortiuntur, licet *liberi legitimi non extent. N. 89. c. 15. pr.* Quin imò de *Jure Civ.* ne quidem *naturalium filiorum* appellatione veniunt, nec alimenta iis debentur, imò sunt plane incapaces omnis acquisitionis, bonorum paternorum & maternorum, tam inter vivos quàm in ultimâ voluntate, quàm

quàm etiã ab intestato. *d. N. 89. N. 74. in fin. Auth. Excomplexu. C. de incest. Nupt.* Id quod odium libidinum & favor castitatis, ut tanto magis in parentibus reprimeretur luxuria, & illi per miseram liberorum ex tali coitu natoꝝ conditionem, naturali in natos ex se amore eò magis abstinere, persuasit. Quæ de incestu dicta, de eò, qui aut contra Jus Gentium, Divinum, Civile aut Canonicum admissus est, & propriè Blutschande dicitur, intelligo, ex hujuscemodi damnatò coitu nato secundum communiorem Ddrum opinionem, odiò ejusdem, denegatur successio: Non æquè, si forte in gradibus *sola provinciali lege* prohibitis contractum fuerit matrimonium, & ex eà conjunctione sint nati liberi, quamvis & hic *sanctionis tenor* veniat custodiendus: certum enim est, *successionem*, qua *modum & qualitatem* à jure dependere *positivo*, & hinc contrariã ejusdem sanctione limitari, restringi, imò planè tolli posse. *conf. Rittersh. ad Nov. p. 7. c. 1. n. 1. Richter de success. ab intest. Sect. 1. membr. 1. n. 4.* Quod de alimentorum denegatione supra dictum, ab ejus summo rigore *Jus Canonicum* per *cap. cum haberet. X. de eò qui duxit in uxorem quem pollu. adult. Gail. lib. 2. O. 88. n. 4.* ex benignitate & commiseratione erga infantes innocentes recessit, cum & adulterini naturaliter utique liberi sint, ut patet *Sap. 3. v. 16. cap. 4. v. 6.* aut ut Ferrariensis Practicus, verè, an faceret, non determino, loqui amat: *Ratio clericorum, qui luxuriosi sunt & carent uxoribus, ut ampliaretur facultas luxuriandi, sciasse, ne ex illorum coitu procreatis denegarentur alimenta.* Sed quicquid sit, uti æquum est, parentes alimenta præstare incestuosus liberis, ita & æquum esse, ut vice versa liberi incestuosum patrem alant cum Hahn. ad *Wef. tit. de agnos. & alend. lib. n. 4.* puto.

§. XXVIII. - Dispicendum id unicum ex hoc superest capite, quid *Leges Lubecane de liberis ex illicitò coitu natis in hoc successione ab intestato articulo disponant.* Invenio autem de iis, in *dict. a. 9. Juris Lubecensis*, cujuscuque etiam generis sint, contra dispositionem *Juris Civilis*, hanc generalem definitionem, *Unehliche Kinder nehmten kein Erbe.* Quò vocabulò, *der unehlichen Kinder*, omnes, qui extra matrimonium nati sunt, comprehendi debere arbitror, legitimatis (quos legitimis annumerari *supr. §. 21.* probatum) tantum exceptis. Nullis itaque legitimis, vel legitimatis nullis existentibus, hereditas ex *Lubecensi Jure proximis debetur cognatis*, cum enim ab hereditate *spurii*

non tanquam indigni, sed tanquam incapaces excludantur, nullò jure poterit sibi vindicare *Fiscus* bona, quæ cognatis debentur. Coeterum ex eò, quod ad ductum *a. 9. alleg. illegitimi, Die Unehlichen* à *successione ab intestato excludantur*, non illicò inferendum atque temerè aliterendum, eosdem etiam à *testamentariâ* excludi *successione*; in hæc potius, quod *Jus Civile* disposuit, obtinebit; tum quod *Jus nostrum Lubecense*, si cœtera argumenta deficient, explicari ex *Jure Communi* conveniat. *Mev. d. tr. quæst. prælim. 10. n. 32.* tum si *textus* noster *art. 9.* interpretationem ex ipsâ *rubricâ*, quæ tantum de *successione ab intestato* agit, accipere aliquo modo possit, aut debeat, non nisi de casu *successionis ab intestato*, illa prædicata definitio, *Unehliche Kinder nehmen kein Erbe* / intelligi posset. Accedit denique quod odiosa potius restringenda sint, quàm extendenda. Cum *Jus Lubecense* nihil speciale de *alimētis illegitimis liberis ex Juris Civilis & Canonici* dispositione sat æquâ præstandis, disposuerit, nec me ab æquò & bonò fore aberraturum puto, si statuerò, in locis, ubi aliàs *Jus Lubecense* receptum est, non posse *liberis illegitimis necessaria*, quibus se exhibeant, denegari *alimēta*. Quippe inhumanum foret, ut anima creatæ, quæ non peccavit, fame periret. Quæ summa æquitatis & humanitatis effecit ratio, quod in *aliorum locorum Statutis* (ex quibus explicationem suam aliquando *Jus Lubecense* recipit. *arg. L. 26. ff. de LL.*) simpliciter *alimēta extra matrimonium natis* benigne fuerit concessa *vid. Statuta Wormatiæ, Francofurti, Eriburgi*, quod expressè *testamentariam successione* iis concessit, uti de his aliisque *Statutis. M. Abraham Sauer im güldenem Fluß von Erbschaften p. 2. c. 4. 5. & 6.* pluribus deduxit. Quibus concordat tum *Electoralis Palatinatus Constitutio*, tum *Reformatio Norica*, de quibus vide *Rittersh. d. tr. p. 7. c. 8. n. 6.* & *Jus Prutenicum* eandem ex commiseratione accepisse æquitatem, docet *textus in Lib. 5. tit. 12. a. 1. § 6. & L. 2. t. 4. a. 13.*

## CAP. III.

*Convenientias & differentias Juris Civilis & Juris Lubecensis circa successionem Ascendentium exhibet.*

§. I. Descendentibus deficientibus *Jus Civile* luctuosam filiorum hereditatem. *L. fin. C. de Inst. & Subst.* aut triste *successionis lucræ*



crum. *L. fin. C. communia de Success. ex commiseratione. L. 7. §. 1. ff. Unde liberi Ascendentibus piè defert. L. 15. pr. ff. de inoff. Test. eosque ad tristem hanc successionem. §. 2. Inst. de Sc. Terul. in infinitum. L. 4. §. 2. ff. de in jus vocando. L. 51. de V. S. juxta graduum tamen prarogativam N. 118. c. 2., sexus differentià alloque juris veteris requisitò (nempe ut ingenua tres liberos enixa sit. §. 2. Inst. de Sc. Terul.) hic omninò cessante, N. 118. c. 3. §. 4. Inst. de Sc. Terul. L. 2. C. de Jur. lib. Auth. Defuncto. C. Ad. Sc. Terul. mortalitatis ordine turbatò vocat: inde illud:*

*Ordine turbato succedis, Bulgare, nato;*

Ordo naturæ est, ut pater ante filium moriatur. Hinc Triphonius & Cajus Jcti in *L. 9. §. 4. & L. 23 ff. de Reb. dub.* præsumunt, si pater cum filio in peste vel naufragiò simul perierit, patrem præmortuum esse, scil. filius si *pubes*; è contrario *filium* prius vità d. functum esse, si *filius impubes* fuerit. Duobus aliàs simul mortuis, eum, qui *debilior* est, prius decessisse prælumendum esse, constans est Ddrum opinio. Debilior autem non censenda *fumina*, & fortior contra *masculus*, sed ad alias imbecillitatis conjecturas est recurrendum, nec soli *sexus diversitati* standum. Hinc si *maritus & uxor* aut *frater & soror* simul casu perierint, non præsumitur *uxor* ante *maritum*, *soror* ante *fratrem* decessisse, & masculum supervixisse, sed potius ob *incertitudinem* eòdem temporis momentò, nisi *super-viventia* aliunde probata, decessisse præsumuntur. Nulla enim est consequentia, qui iudicii infirmitate laboret, propterea etiam corporis viribus vacillare. *conf. Diss. de Superviventia Præsumtiva Altorfi A. 1685. habita. Stryck de Success. ab intest. D. 10. c. 4. §. 8. & 9. Finck. Obs. 52 n. 25. Carpz p. 3. c. 17. d. 10. n. 11 & d. 11. n. 13.*

§. II. In successione *Parentum*, quorum ex correlatorum natura tot, quòd *liberorum*, sunt species, secundum *Jus civile* duos præcipuos teneto casus. Aut (I) *Soli* extant *Ascendentes*, qui à d. functo vel *dispari* vel *pari* gradu distant, iique vel *unius* vel *diverse lineæ*; Aut (II) concurrunt *Ascendentes* cum *defuncti fratribus, sororibus & horum liberis*.

§. III. Si soli ascendentes superstites sunt primi gradus, ut mater & pater, successio, veteri jure sublatò, sane est expeditissima, qui d. functo *æqualiter* succedunt. *N. 118. c. 2.* neque *mater* à *patre & fratre*, ut in §. 3. *Inst. de Sc. Terul. L. 2. §. 15. ff. eod. L. 10. ff. de suis & legit.* cautum, magis excluditur, nisi forte *mater* se suò factò filii hereditate planè reddidit indignam.

§. IV.

§. IV. Mater *successione filii* privatur (I) Si ipsa tutelam non suscipiens, intra annum *impuberi tutorem* dari non petierit. §. 6. *Inst. de Sc. Tertul. L. 10. C. de leg. hered.* nisi forte (1) tempore mortis mariti *minor-ennis* fuerit. L. 2. *C. si advers. delict.* aut (2) pupillis *commodo* fuerit tutorem non habuisse. *vid. L. 2. §. 44 ff. Ad Sc. Tertul.* aut (3) filius decederit *pubes* L. 3. *C. eod.* aut (4) matri vel ex *Statutò* vel ex *ultimâ voluntate* patris in gerendâ tutelâ petendoquè tutore agnatus vel alius adhuc præcesserit. Baldus ad *d. l. 3. C. aut (5) si justam, pregnantemquè causam*, cur pupillo tutorem non petierit, mater allegare poterit. Nicol de U-bald *p. 2. n. 14.* Hæc autem negligentia in tutorem non petendò admissâ non *matrem* tantùm, verùm & *omnes*, quibus tutorem pupillo petere incumbit, à successione removet. *L. 10. C. de leg. hered.* hæc tamen cum notabili differentiâ, ut his tempus tutorem petendi, demum ab annò præterlapsò, quò mater tutorem petere debebat, currere incipiat. Brunnem. in *Comment. ad L. 10. C. de legit. hered.* Et hanc *privationis penam* ob non petitos justò tempore tutores adhuc *hodie* in praxi servari testis est Carpz. *p. 2. c. 11. d. 15.* quamvis de Jure Lubecensi intra tres menses proximios tutorem non petentis pœna arbitraria sit *L. 1. r. 7. a. 12.* (II) Si intra annum luctus peperit mater, & indubitatum sit, sobolem hanc ex prædefuncto non existere marito. *Auth. Iisdem pœnis. C. de Secund. Nupt.* (III) Si tutelâ pupilli fungens *administrationis sue non redditis rationibus* atque aliò prius petidò tutore, ad *secundas* provolaverit *nuptias. d. Auth. iisdem pœnis.* (IV) Si ex priori maritò plures liberos habens immaturè transit ad *secunda vota*; non etiam, si post annum luctus demum nubit secundo marito, quò casu proprietate bonorum, quæ à patre ad filium pervenere, privatur tantùm, usufructu apud eam remanente. *Auth. Ex testamento. C. de Secundis Nupt. N. 22. c. 23. §. 46 §. 2. L. 5. C. ad Sc. Tert.* Quam *secundarum nuptiarum penam* non *matribus* solum, sed & *patribus* subeundam esse, colligit ex *d. N. 22. c. 23. Gail lib. 2. O 98. n. 3.* illamque Forsterus *L. 7. c. 11. n. 4.* extendit ad avum ac reliquos ascendentes, cum magis in his, quàm in parentibus, intemperantia punienda. Idemque procedere affirmat. Forst. *d. l. c. 13.* etiamsi alter conjux consenserit, nisi & simul pupilli, & quidem de hisce pœnis certiorati *secundas* festinatas approbaverint nuptias. Idèò verò (1) *mater*, si *curatorem* non petierit *minorì*, à *successione* non repellitur. *L. 2. §. 29 ff. Ad Sc. Tert. L. 1. ff. qui pet. debet. tit. L. 6. C. eod.* licet, si *furioso* filio *L. 2. §. 31. Ad Sc. Tert. & veni*

iri curatorem non petierit, pariter hereditatem amittit. *d. l. 2. §. 39.* Neque (2) mater, si post fata mariti luxuriosam forte elegerit vitam, ab hereditate statim est excludenda, cum citra legis cautionem non liceat aliquem à favorabili successione jure excludere, lege de hâc privatione, quantum constat, omnino silente. Nec obstat à majori ex *N. 22. c. 46. §. 2.* deductum argumentum. Etenim est (α) consequentia à *secundis nuptiis* ad *luxuriosam vitam* neganda. (β) Falsum est, quod mater non immaturè ad secundum provocans matrimonium à successione excludatur, cum tantum proprietates bonorum quæ à patre profecta, si plures ex priori matrimonio supersint liberi, ipsi auferatur, usufructu eidem relicto, per expressam *N. 22. c. 46. §. 2.* ex quâ argumentum suum contradicentes formant. *conf. Auth. Ex testamento. C. de secundis Nupt. aliosq; modò allegatos textus.* Imò si filii ex matrimonio priori *decesserint*, aut si *unicum tantum* habuerit filium, tunc, quia ratio impositionis *paræ*, scil. *favor aliorum liberorum* cessat, huic mater in omnibus bonis, tam à *patre*, quàm *aliunde* acquisitis, & quidem *pleno jure* succedit, etiam si secundo marito, vivente filio, nupserit. *L. 3. §. 1. in fin. C. de Secund. Nupt.* Denique nec (3) mater successionem amittit, si tutorem suspectum non fecit, quia istiusmodi facta dijudicare virilis animi est. Brunem. *ad L. fin. §. fin. ff. Quò petant. tut.*

§. V. Id quoque hic notari meretur pro *peculiorum* aut *bonorum diversitate* esse *patris*, atque *matris diversam*, suò tamen modò, *successionem*. In bonis *castrensibus*, cum pater hodie filio secundum communem *Ddorum* opinionem *jure hereditariò* succedat, sine dubio *pater & mater æqualiter* succedent. *d. N. 118. c. 2. Struv. Ex. 50. ch. 43.* Idemque in *extraordinariò adventitiò peculio*, quod pleno jure ad filium spectat, *N. 117. c. 1. pr. Auth. Excipitur. cum duabus seqq. L. ult. pr. C. de bonis quæ lib. servabitur.* Attamen aliter in *ordinariò adventitiò* res se habebit, ubi mater cum patre quidem *proprietatem* æqualiter dividit, non verò simul *usufructum*, quem parens, quoad vivit, incorruptum retinet. *L. 7. §. fin. C. Ad. Sc. Tertul.* quippe usufructus personæ usufructuarii, non proprietarii, coharens non *morte filii* à bonis patris separatur, aut interit, sed demum *morte ipsius usufructuarii* *d. L. 7. §. f. Carpz. p. 3. c. 17. d. 1. n. 6.* Ad *profectitia bona* quod attinet, distinguendum puto, inter bona, quæ à patre profecta sunt, ut *patri proprietates & usufructus* maneret salvus, & ea bona, quæ *pleno jure ad filium*

E

trans-

translata, qualia sunt incompensationem accepti beneficii filio à patre colata, aut donata, donatione juramento confirmatâ, quales donationes valere, & in Camera approbatas esse, testatur Gail. lib. 2. O. 38. n. 5. c. 7. Idem n. 13. 14. & 16. plures casus, in quibus pater dominium valide in liberos transferre valet, recenset. Hæc igitur cum pater, non *potestatis patriæ*, sed *successionis iure*, capiat, quin *mater* simul æqualiter cum *patre* in iisdem admittenda sit, nullus dubito; non tamen æque in illis, in quibus pater *proprietatem* & *usufructum* sibi reservavit, patre hæc bona non per *successionem* sibi acquirente, sed potius *vi patriæ potestatis* occupante. Atque hæc obtinent, si *soli primi gradus parentes* superfunt.

§. VI. His deficientibus, si plures ascendentes in *secundò gradu* & quidem qui *dispari numero* sint, attamen defuncto æque proximiores, v. g. Titius improlis decedens, patre ac matre jam mortuis, reliquit ex paternâ lineâ Cajum avum, ex maternâ verò avum Mevium & aviam Meviam, hæc casu juxta *Aurb. Defuncto. C. Ad. Sct. Tert. & N. 118. c. 2.* hereditas Titii in duas dividenda est partes, ita ut dimidiam hereditatem capiat Cajus avus paternus; alteram verò dimidiam maternus avus Mevius & materna avia Mevia. Id quod *Ddres in lineas* hereditatem dividere vocant. Eandem quoque observanda hereditatis divisio, si defunctus *plures* reliquerit *proavos*. v. g. Si moriens ex avo paternò, proavum A. & proaviam B. & ex aviâ paternâ, proavum C. & ita ex paternâ lineâ tres proavos æquè proximios superstitis habet; ex maternâ verò lineâ solum proavum D. Tunc dimidia illa, quæ juxta præcedens exemplum tribus illis proavis A. B. C. ex paternâ lineâ venientibus cedit, iterum inter hos tres, dividenda erit in duas partes, ita ut A. B. dimidiam partem partis iterum dimidiatæ accipiant, alteram autem C. solus.

§. VII. In hac ita secundum LL. normam distribuenda divisione, *nulla bonorum origo*, quam alii magnopere urgent, quibus tamen assentiri non possum, est attendenda utpote nullò juris Romani textu satis probata, dum contrarium potius ex *N. 118. c. 2.* indistinctè ascendentes admittente, colligere liceat. Accedit, quod bona filio undecunque semel acquisita, non amplius paternorum ac maternorum retineant nomen, sed filii patrimonium proprium dicantur. *L. 10. §. 2. ff. de Vulg. & pupil. subst.* quodque servatâ ista bonorum distinctione, *proximus* inter ascendentes *remotiores* excludere non possit, quod expressè à Justinianò in *N. 118. c. 2.* repe-

reperitur cautum. Hanc, quam tunc sententiam, in *Camera* receptam affirmat Illustr. Dn. à Fuchs *Paraphras. Inst. lib. 3. Expos. N. 118. c. 2. lit. C.* Leges, quas tanquam obstantes adversarii allegant, si probè inspiciantur, non de *ascendentium*, sed manifestè de *collateralium* successione loquuntur, bonorum distinctione ibi ob *eorum parentum*, qui bona potius ad *liberos*, quam ad *privignos* devolvì desiderant, approbatà; cum econtrariò filius, ob sanguinem, quem à parente utròque æquè trahit, utrique æqualem debeat pietatem. *L. 4. ff. de Curat. furios.* Quamvis etiam ad *L. 3. C. de bon. quis lib.* respondere liceat, eam non de *diversarum linearum*, sed de *diversorum graduum* parentibus disponere. Interim patri atque *avo*, in cuius potestate moriens fuit, *usufructum* in *portione bonorum* adventitiorum ad concurrentem ascendentem translatorum *L. ult. §. 1. C. Ad Sc. Tert.* dum cum vivò filio aut nepote jam habuit, saluum & præcipuum relinquo, benè gnarus, non *propriarii*, sed *usufructuarii* morte demum extingvi usufructum *§. 3. Inst. de Usufr.*

§. VIII. Quando parentes *primi & ulterioris gradus* simul adsunt; *primi remotiores* excludunt. Sic pater, matre mortuà, excludit avum maternum, & vice versà mater, patre mortuò, excludit avum paternum. *N. 118. c. 2. Auth. Defuncto. C. Ad Sc. Tert.* Inter *ascendentes* enim, ut supra jam deductum, jus *representationis* non habet locum, cum lex, quantum possibile est, naturam imitetur. *§. 4. Inst. de Adopt. vid. cap. 1. §. 7.* argumentò ex *L. fin. C. de indicta viduitate tollend.* de natura correlatorum productò, cum hic *diversitatis* ratio sit evidentiùssima, minime procedente. Atque hinc est, cur parens adeundò hereditatem filii defuncti, non simul in jura ejus futura succedat. v. g. quod parens, filio præmortuò, aviæ maternæ hereditatem, quam filius vivens sibi acquisivisset, acquirere non possit.

§. IX. Nostra *Nomothesia Lubecana* parentes à successione filiorum non removisse, quamvis circa hunc succedendi ordinem plurima restrinxerit, imò & plane quædam mutarit, tam notum, ut nullà indigeat deductione. Parentes *Jus Lubecense* non tantum ad successiorem liberorum vocat, sed iisdem quoque defuncti *unilaterales lib. 2. tit. 2. a. 13. & bilaterales fratres* concurrentes contra *N. 118. c. 2.* excludendi facultatem tribuit; modò tamen (cum *conjunctio & disjunctio*, quod singulariter notandum, in *Jure Lubecensi norma succedendi* sit) parentes liberos, inter eosque defunctum, à se non separaverint *d. a. 13.* So ferne sic (volle

Brüder und volle Schwestern) aber von den Eltern nicht abgefondert / so sind die Eltern näher / dann Brüder und Schwestern & a. 6. *infin.* hätten sich die Eltern nicht abgetheilet von den Kindern / so verfallt das Gut auff die Eltern so noch im Leben. Haud tamen omnibus *ascendentibus* hoc prælationis privilegium *Jus Lubecense* concessit, cum & fratres unò tantùm latere defuncto junctos, contra ea, quæ in §. *seqq.* de *Jure civili* annotabuntur, proximiores esse statuit, quàm avus & avia d. l. a. 17. Halb-Brüder und Halb-Schwester aber sind näher denn Großvater und Großmutter nach unsern Rechten. Hinc cum separati aut divisione segregati liberi pro mortuis in futuris successioneibus habeantur. Dn. Mevius d. tr. p. 2. tit. 2. a. 33. n. 127. juxta verb. a. 28. Welches der Kinder abgefondert ic. quæstionis est, utrum & tunc defuncti unilaterales avum atque aviam excludant separatione per divisionem juxta *Lib. 2. tit. 2. a. 2 & 3. ritè factâ.* Casus esset talis: Titius parens ad secunda vota transiens dividit à se liberos quatuor ex priori matrimonio susceptos. Dein ex uxore secundâ Sempronio unicò filiò relicto, decedit uxor ejus secunda & ipse parens Titius. Paulo post moritur ex secundò matrimonio unicus filius Sempronius, avò maternò & quatuor illis fratrbus unilaterialibus relicto; quaritur quis ex his Sempronio defuncto succedet? Hic divisione haud obstante, nihilominus *consanguinei* aut fratres unilaterales avo sunt præferendi; tum quia (1) d. a. 17. unilaterales indistinctè avie atque avo præfert; tum quia (2) circa separationis effectum potissimum, quos inter communio bonorum fuit, respiciendum: quæ cum inter avum & divisos, quatuor unilaterales fratres cesset, effectum quoad avum sortiri non potest, cum actus separantium ultra horum intentionem operari non possit; L. 10. ff. de *Reb. cred. L. 26. C. de jur. dot. L. f. C. Ne uxor pro marito*: tum denique (3) quia separatio ab eorum successione saltem excludit, à quorum bonis fit. *Mev. d. l. a. 17. n. 14.*

§. X. Sequitur juxta §. 2. *huj. cap.* alter in hac successione præcipuus maximè casus, *Ascendentibus* cum defuncti fratribus & fratrum liberis concurrentibus. Fratres & fratrum liberos si unà cum ascendentibus cujuscunque etiam gradus. Hahn ad *Wes. tit. de Gradibus n. 15. ad verb. si avus*, defunctus reliquit, Imperator per. N. 118. c. 2 & N. 127. c. 1. simul ad hereditatem vocat, omni differentiâ sexus, emancipationis & patriæ potestatis sublatâ, ita tamen, ut fratres (quâ sub appellatione etiam sorores

*forores comprehendere licet*) & ascendentes diverfarum etiam linearum  
*N. 118. c. 2.* quancocunque concurrunt, in capita; filii verd fratrum in stir-  
 pes vi representationis, quæ tamen ultra fratrum liberos in lineâ collatera-  
 li non extenditur. *Auth. post fratres. C. de leg. hered.* succedant, *unila-*  
*teralibus* fratribus germ. Halb- & Geschwister/ item Stieff Geschwister /  
 Halb-Brüder/ Stieff-Brüder / sive consanguinei sive uterini fuerint,  
 ab *Ascendentibus* hic plane exclusis. *N. 118. c. 2. d. Auth. Defuncto* &  
 tantum *germanis* fratribus, volle Brüdere und volle Schwestern item  
 Geschwister von beyden Banden / und volle Schwester- Kinder ad  
 concursum cum *ascendentibus* admissis; cum *L. 7. C. Ad Sc. Tertul.* per  
*N. 118. c. 2.* ex unanimi consensu Ddrum habeatur correcta. conf. Carpz.  
*p. 3. c. 17. d. 5. n. 6. aliiq. hic à Carpz. citati* v. g. defunctus reliquit pa-  
 trem suum & fratrem consanguineum ex eodem patre, vel reliquit ma-  
 trem suam & uterinum ex eadem matre natum: hęc casu mater vel pa-  
 ter solus succedit, non attentò, quod fratres superstites patrem vel ma-  
 trem jure consanguinitatis vel cognitiõnis attingant. Quamvis con-  
 trarium in *praxi* observari, asserat Borcholt. *tract. de Gradibus p. 224.*  
 quod tamen ulteriori probatione, cum jus commune non facile præ-  
 sumatur mutatum, utique indiget. Porro quod dictum, fratres & fra-  
 trum germanorum liberos cum ascendentibus simul defuncto succedere  
 non ita strictè accipiendum est, ac si liberi fratrum germanorum ab ascen-  
 dentibus tunc, *si soli cum ascendentibus*, defuncti fratribus non existen-  
 tibus, concurrant, excludantur. Licet enim non ignorem, magni no-  
 minis Jctos, *fratrum liberos solos* ob defectum fratrum à concursu  
 cum ascendentibus exclusisse, horumque opinionem in punctò juris defendi  
 posse arbitrer, conf. *Fransk. Ex. §. 9. §. 8. Gerh. Q. illust. Diss. 6. th. 7.*  
*Lauterbach. tit. ff. quis ordo in poss. serv. aliiq. ibi alleg. eamque ver-*  
*bis esse convenientiorem*; interim cum mens sit maxime attendenda, &  
 contraria opinio *menti Imperatoris* videatur convenientior, & in *praxi*,  
 testantibus de eà Doctoribus, receptor, malui eam sequi, cum pro eadem  
 quoque aliquantum militet rubrica, *N. 127. Ut fratrum filii pariter*  
*succedant ad imitationem fratrum, etiam ascendentibus*, objectione  
 istà ex *N. 127. deductà*, quod filii præmortui fratris cum ascendentibus  
 & fratribus vocentur, non adeò obstante, cum non *dispositivè* seu  
*exclusivè*, sed *exempli locò* fratrum videatur facta mentio. Cui sen-  
 tentiæ & calculum suum apponit Rittersh. *d. 11. p. 7. c. 10. n. 9. Carpz.*  
d. 1.

d. l. d. 4. n. 3. eamque præjudiciò confirmat Herold. *de jure representat.*  
c. 4. Sect. 2. membr. 1. conclus. 1. §. 4.

§. XI. Hoc tamen circa hanc successionem, *parentibus cum defuncti fratribus, fratrumque liberis concurrentibus*, singulariter est notandum, quòd pater & avus paternus ex istà portione, quæ defuncti fratribus & fratrum liberis obvénit, *ususfructum* non valeat vindicare, cum ea portio ad *fratres pleno jure veniat N. 118. c. 2. ibi. nullum in hoc casu*, licet aliàs bonorum *adventitiorum ordinariorum* (quò & hereditates filio aliandè obvénientes non immeritò referuntur) *ususfructus ad patrem* spectet. *L. 6. pr. C. de bonis quæ lib. §. 1. Inst. per quas person.* adeò ut filius patri etiam *ususfructum* ex illà extraneà hereditate, ad quam pater simul cum filio vocatus est, acquirat. *d. l. 6. ibi. sed ab aliis quibuscunque causis*, nisi testator, se filium plenò jure heredem instituisse, expressè declararit. Hunc *ususfructum arg. L. 6. all.* Dres patri quoque relinquunt, si fortè ex singulari statuti alicujus provisione pater simul cum filii matri succedat. Interim, nec ista assertio, quà *patri ususfructus* in ea portione, quam defuncti fratres eorumque liberi ex hereditate capiunt, denegatur, est sine limitatio ne aut restrictione; officium suum exerit, cum succeditur emancipato, vel etiam filio in sacris paternis decedenti, in bonis, quæ plenò jure defunctus possidet, ut sunt bona castrensia & adventitia extraordinaria: Sed perdit regula officium, si de bonis adventitiis ordinariis sit quæstio, horum enim *ususfructum* semel acquisitum pater usque ad finem vitæ suæ integram retinere ex *L. 7. §. fin. C. Ad Sc. Tert.* est manifestum. Brunnem. *in comment. ad d. l. 7. §. fin. in fin. vid. §. 5. huj. cap.*

§. XII. Si nunc oculos atque mentem ad *Jus Lubecense* convertam, omninò est idem inter & *Commune Jus* palpabilis inducenda differentia. Etenim dictum *Lubecense Jus* nunquam *parentes & fratres defuncti* in successione conjungit, sed nunc illos his, nunc hos illis præfert. Cardio hujus successionis & prælationis in hòc articulo, vertitur in notabili *liberorum separatorum & non separatorum* distinctione. Non separatus filius, si improlis decedit, bona sua ad primi gradus parentes superflites tantum devolvit, ut *sup. §. 9.* vidimus. Econtrario separato fratre defuncto, primò in ad successionem vocantur fratres & sorores unà separati, horumque prædefunctorum liberi, tam soli in capita, quàm cum patris in stirpes. Dein fratres non separati eorumque liberi, iterum vel soli vel cum patris, & hisce demum omnibus deficientibus, parentes admittuntur, sicut

lib.



lib. 2. tit. 2. a. 1. latius *ibidem* per a. 6. explicatur. Ratio hujus *parentum exclusionis* (quam etiam quoad legitimam cum Dn. Mev. ad d. l. n. 53. extendo) est (1) propria *parentum voluntas*, quæ liberos à se, suisque bonis separavit. (2) *Jus reciprocum*, quod eum à successione bonorum eorum movet, ad ejus bona mihi successio non patet. *L. pen. ibi castrenf. C. de leg. hered.* (3) *Juris Lubecensis fidei*, quæ, simul ac liberi portionem assignatam plene proprietatis jure acceperunt, Mev. d. 11. h. a. 33. n. 119. patrem à momento separationis pro mortuo habet. Quæ ex ultimâ ratione cuique patet, de *Jure Lubecensi* inutilem esse disquisitionem, *utrumne parens tamen usufructum habiturus sit, in bonis quæ defunctus filius separatus ad fratres separatos transmissit?* Etenim cum parens eundem, nec vivente filio separato, habuerit, multo minus usufructum post mortem ejus, à cuius successione omnino excluditur, consequi valet. Ex hæc autem generali nostrâ definitione, quod fratres à defunctorum separatorum successione parentes omnino excludant, forsitan quis ex verbis a. 6. lib. 2. tit. 2. Verstürben nun der Kinder eins / mit welchem die Eltern der massen getheilet NB. ehe und zuvor die Kinder unter sich selbst getheilet / so vererbet dasselke sein Theil auf die andern / welche mit ihm imgesampten Gut gefessen zu gleichen theilen / argumentò à contrariò desumptò, exciperet *casum*, quando *separati bona rursus inter se dividerunt*, quasi tunc iterum parentes, ac si nulla separatio inter hos & defunctum intercessisset, ad successio- nem filii admitti possint. At quis non videt argumentum hoc à contrariò malè petitum, præprimis cum verba hæc non quæstionem de successione parentum, sed diversam liberorum conditionem respiciant. Vult *Jus Lubecense* per indefinitam hanc locutionem id exprimere, quod fratres, qui in communiione mansere, his, qui suam portionem recipientes à conjunctione recessere, sint præferendi. Ex quo sequitur simul, quod eò in casu, si omnes se segregaverint invicem, prius unâ separati sibi invicem succedant, & hæc demum deficientibus, parentes ad horum successiones admittantur, uti in *principio huj. §. dictum.* Porro planè diversa ratio est separationis inter parentes & liberos, & quam fratres inter se instituere. Illa enim liberos ab ulteriori successione parentum movet, facitque ut parentes pro mortuis habeantur. lib. 2. tit. 2. a. 28. Welches der Kinder abgefunderet. hunc effectum & isti separationi, quam fratres inter se instituere, adscribi posse, nullò *Juris Lubec.*

*Lubecensis* textu edoceor, meliora edoctus facile secutus. Ceterum quæ de *fratribus parentes excludentibus* asserui (1) tantum de *germanis* intelligenda esse, speciatim *d. a. 13.* evincit, qui sine distinctione parentes unil. teralibus præfert, id quod & *a. 1. libri ejusdem* parentes terriò, & fratres ab uno tantum latere defuncto junctos *quarto loco* referens magis magisque confirmat. (2) Qua *separatorum* præferentiam, separatione facta est præsupponenda. Etenim si defunctus reservatâ expressè matris successione, tantum à patre separatus fuit, parens fratribus defuncti videtur præferendus. Idem est, si parens ad secunda vota transiens de præmortui parentis bonis liberis quid assignavit tantum, suam successiorem iisdem reservando. Als wenn der Vater von den verstorbenen Mutter Gütern/ einen Ausspruch machet/ und behält den Kindern sein Erbtheil vor/ nisi parens successioni liberorum pactò adjunctò simul renuntiavit. *Mev. d. tr. p. 2. tit. 2. a. 7. n. 6. §. 3.* Quod si tamen parens contra dispositionem *lib. 2. tit. 2. a. 2. §. 3.* privatim in fraudem legis quædam bona liberis assignaverit, ac ita solenni separatione ac divisione neglectâ ad secundas provolaverit nuptias, hanc separationem in pœnam parentis binubi divisionem negligentis pro *sufficienti causa* ad parentem à successione liberorum excludendum, reputandam esse putat Excell. Jctus Dn. Stryck. *d. tr. D. 2. c. 3. §. 9.* ubi eandem sententiam de patre ac matre duplici Juridicæ Facultatis responsò confirmavit. Dein successiorem liberorum & huic denegandam puto parenti, qui omisâ cum prioris matrimonii liberis divisione, ad secundas provolavit nuptias, si unus vel alter istorum liberorum post mortuus. *arg. a. 28. t. 2. lib. 2.*

§. XIII. Atque sic, ut deductum hæcenus, *jure Communi & Lubecensi* parentes liberis ex justis nuptiis susceptis succedunt, aliter legitime factis. In *adoptivorum filiorum successione* pater naturalis & legitimus simul patrem *adoptivum extraneum* excludit, quum jura patris naturalis minimè dissoluta fuere, nec quicquam ad patrem adoptivum transit, §. 2. *Inst. de Adopt.* Attamen naturales parentes germanos defuncti adoptivi fratres non removent, quippe jus, quod fratres ad bona defuncti habuere, adoptione filii everti haud potuit. Quod si *adoptio plena* intervenerit, tunc pater & mater naturalis adoptivum patrem non excludunt, sed potius parentes hereditatem cum fratribus defuncti ac avò adoptante dividunt æqualiter, patri enim adoptanti propter duplex, quod hic concurret, vinculum §. 2. *Inst. de Adopt. L. 10. pr. verb. si vero.*

C. 60 d.

*C. eod.* ceteris autem personis ex beneficio *N. 118. c. 2.* hereditas defuncti defertur & debetur.

§. XIV. Arrogantibus parentibus cum durante *arrogationis* vinculo filii arrogati succedant *L. 10. §. fin. C. de Adopt.* reciproco jure justum est, ut & iis libera in bonis suorum *arrogatorum liberorum* succedendi relinquatur facultas. §. 2. *Inst. de Acquis. per arrogat. ibi. dominium rerum ejus ad arrogatorem pertransit*, quæ verba *ibid.* Vin. explicat, *non jure peculii, sed hereditatis*, & quidem defuncti fratribus & sororibus germanis. *Georg Schulz in Synop. Inst. sub. rubr. de success. parentum legitimorum tantum*, simul admissis, sed defuncti fratribus unilateralibus *arg. N. 118. c. 2.* aut per *arrogationem* quaesitis à successione exclusis, qui enim hi meliori jure quam consanguinei, quos parens excludit, sunt censendi? *d. N. 118. c. 2.* Modò tamen arrogatus in adoptivâ familiâ. *d. §. 2. ibi. mortuò filio arrogato & pubes decesserit*, propter §. 3. *Inst. de Adopt.* Nunquam autem mater nec in specie sic dictâ adoptione, nec in arrogatione adoptato filio succedit, cum filium, etiam si juxta §. 10. *Inst. de Adopt.* & *L. 5 C. eod.* ex indulgentiâ Principis adoptaverit, non habeat in potestate, nec per adoptionem *filium-familias*, sed *filium* consequatur: porro Principem fœ minis adoptantibus nudum orbitatis solatium, & ut *heredem* habeant concessisse, nusquam autem simul eisdem *successionis jura* tribuisse legimus.

§. XV. Pleniore gaudent jure *Ascendentes legitimorum filiorum*. Etenim hi liberis & per *subsequens matrimonium* & per *Rescriptum Principis* legitimatis, ut parentes legitime natorum, succedunt: quia omne impedimentum, quod parentibus obstaculo fuit, per legitimatorem est sublatum; quamvis, si per Rescriptum Principis liberi legitimati fuerint, diligenter formam Rescripti inspiciendam ac ponderandam esse, moneat *Oliver. Textor. de Success. ab intest. n. 86.* Quomodo parentes liberis per *curiæ oblationem* legitimatis succedant, deducere aut allegare tantum eò magis supersedeo, ex quò supra jam assertum quis inveniet, hunc legitimandi modum ab usu recessisse, & in ipsis rerum argumentis non magis obtinere. *conferatur interim N. 89. c. 6.* Quod successorem parentum, qui ex *putativo justò matrimonio* liberos procrearunt, vide §. 24. *cap. præc.* spectat, si *utroque* in justâ versatus fuerit *ignorantiâ*, utrique competet successio; sin *alter* eorum impedimentum sciverit, tunc scienti eadem deneganda, & tantum innocenti & ignoranti parenti, ne nocens ex delicto suo quicquam lucretur, concedenda.

F

§. XVI.

§. XVI. De Successione parentum respectu *liberorum adoptivorum & legitimorum ex Jure Lubecensi* formanda, facile est ex ante in §. 17. & 21. cap. 2. notatis dijudicare, cum enim regulariter sit reciproca successio. L. 11. C. de leg. hered. multa possum hanc unicâ includere regulâ. Quomodo scil. liberi adoptivi & legitimi succedunt parentibus; eò modò & parentes contrâ liberis: cum ergò ex supra dictis constet, adoptivos filios parentibus non succedere, nec hi quoque ad illorum successione[m] erunt admittendi, & eò quidem minus, quàm certum est, ne communi quidem jure adoptivum patrem filio succedere, & successione[m] reciprocationem in hoc singulari casu fallere. De Legitimorum Parentibus facilis est etiam subsumtio, & illatio; ego brevitati hic litans, ne crambem, ut ajunt, bis coctam apponam, eidem superfedeo.

§. XVII. Videndum potius, quomodo illegitimis succedatur liberis. Inter hos naturalibus liberis, non extante legitimâ sobole, aut conjuge legitimâ parens ex jure reciproco in sextantem succedit, licet cum collateralibus concurrat, quibus reliquæ decem uncia[e] ex hereditate cedent. N. 89. c. 13. Auth. Licet. in fine C. de Natural. lib. Quò ex reciproco jure simul ultrò fluit, parentem, qui plures simul aluit concubinas, naturalibus liberis omninò non succedere. arg. N. 89. c. 12. §. 3. N. 18. c. 5. vid. §. 22. cap. præc. alimenta tamen in casu necessitatis patri denegari non debent. Mater etiam Illustris, si defuncto naturali filio sola supervest, in omnibus huic succedit. L. 2. pr. ff. Ad. ScT. Tertul. sin cum patre concurrat, sine dubiò, cum pater duas uncias capiat, ad reliquas decem uncias vocabitur. Imò mater & fratres defuncti excludit, quùm hi, sive eos æquè ex concubinato, sive ex justò matrimonio susceptos supponas, non nisi uterini erunt, quos à matre excludi constat ex N. 118. c. 2.

§. XVIII. Nullò autem modò pater alique paterni ascendentes spuris succedere possunt L. 4. ff. Unde cognati, cum horum pater Jure Civili semper ignoretur. § 4. Infi. de Success. cogn. L. 23. ff. de Stratu. hom. Ast mater, quæ semper certa est. L. 5. ff. de in jus vocando, non secus filio spurio succedit, acsi eundem ex legitimo thoro procreasset; quod & ad matrem Illustram, si alios liberos legitimos non habet, verum esse arbitror: nullatenus verò aliis legitime natis existentibus, quò casu propter jus reciprocum arg. L. 5. C. d. ScT. Orph. mater excludenda.

§. XIX.

§. XIX. Incestuosis & reliquis ex damnatō coitu natis neminem parentum succedere, generalitas textus in *Aurb. Ex complexu. C. de incest. nupt.* evincit. cum quoque hic neque parentes, neque liberi nominandi. *d. Aurb. Ex complexu. N. 89. c. fin.* Quam successionem *Ascendentium & Descendentium* aded̄ prohibitam statuit Baldus in *L. 24. in pen. col. C. de. Episc. & Clericis*, ut si quis eorum teneret bona alterius etiam per 30. annos, non posset eadem præscribere. Idem in *L. 1. C. de Secund. Nupt. & L. ult. C. unde legit.* Consanguinei, *inquit*, ad quos aliàs bona ista pertinent, debent esse cauti, si enim non vindicant ab hujusmodi natis ex damnatō coitu bona data ab ascendentibus, & starent per duos annos, tunc fiscus potest ea exigere, & ab iis omnia auferre, tanquam ab indignis. *ut refert Schneidew. ad Inst. sub. rubr. de success. parentum incestuosorum.* In casu necessitatis ex æquitate canonicā, ubivis ferē locorum receptā, *parentes incestuosorum* ex illorum bonis esse alendos putat Georg. Schult. *d. rr. sub. rubr. de Success. parent. illegit. vid. supr. c. 2. §. 27. in fin.* Patri in bonis liberorum, quos ex personā extraneā, vel etiam sorore, vi stupratā suscepit, optimō jure denegari successionem, nemo dubitabit, simul tamen & affirmabit, æquum esse ut mater, quæ sine culpā, imo invita ex malitiā fratris stuprum passa, ne afflictis afflictio addatur, ad filiorum admittatur successionem. Stryck. *d. L. §. 47.*

§. XX. Hanc circa *illegitimorum filiorum successionem* denuō singulare quid *Lubecensis* ubique nota satis *Nomothesia* Ascendentibus concessit. Licet enim, ut *supr. c. 2. §. 28.* deductum, liberis ex illegitimō matrimonio natis omnem successionem præclulerit: nihilominus tamen in bonis illorum *successionem proximis cognatis* benignè indulsit. *d. l. a. p.* ita cavendō: *Unehliche Kinder nehmen kein Erbe, aber derselben verlassen Gut / erben ihre neheste Bluts-Freunde, die da zu gehören.* Equidem innocentibus liberis hereditatem adimere, & cognatis concedere, durum & à *Juris Civ.* ratione, quæ jura successionis reciproca constituit. *L. ii. C. de legit. hered.*, alienum, imò, & moribus aliorum locorum, ubi illegitimi liberi fiscum tantum habent heredem, contrarium deprehendo. At verò, cum, ut antè jam præoccupatum, successio à jure dependeat positivò, & determinationi subjaceat legislatoriæ, ac aliter utique, quàm est, initiò ordinari potuerit, nunc non tam de hoc, quid fieri potuisset aut debuisset, quàm

44  
de eò, quid factum, est, dispiciendum, licet etiam genuina aut specialis  
Juris constituti lateat ratio. *conf. L. 20. ff. de LL. cum non de legibus,*  
sed *secundum leges*, Augustinò monente, sit respondendum. Duo co-  
ronidis Locò in hoc capite noto (1) vi verborum *d. a. 9. Die Da zu gehö-*  
*ren/ patrem* ad successionem spurii, cum is incertus sit. *L. 23. ff. de Statu-*  
*bon.* admitti non posse, sed tantum *matrem* & ex maternà lineà de-  
scendentes, verbis *a. 9. all. Erben ihre nehesten Bluts-Freunde/* strictis-  
simè acceptis (2) dispositionem *a. 9. all. ad filiorum ex damnatò coitu-*  
*natorum* successionem, ne delinquentibus janua ad delicta aperiatur, ex-  
tendi non posse, sed *Fisco* relinquendam esse successionem: quod rectis-  
simè à Mev. ad *alleg. a. 9. n. 81.* observatum esse puto.

CAP. IV.

*In quo convenientie & disconvenientie Juris Civilis  
& Juris Lubecensis circa successionem Collateralium  
ab intestato proponuntur.*

§. I. Deficientibus sursum deorsumvè versus lineis rectis, omni  
cognatorum & agnatorum, sexus, multorumque aliorum (quæ vide  
apud Ranchin. *de success. ab intest. §. 13.*) propter *N. 118. c. 4.* cessante  
differentià, *collaterales* seu *transversales in infinitum* per *L. 2. §. 1. ff. de*  
*his & legit. §. 3. Inst. de leg. agnat. success. §. ult. de serv. cognat.*  
*Vin. ad §. 5. Inst. de success. cogn. Struv. Ex 38. th. 35.* ab intestato  
succedunt, testamentò tamen condito, modò non in *L. 27. C. de inoff.*  
*testam.* peccetur, fratrem liberè præterire posse fratrem, extra omnem est  
positum controversiam. *conf. L. 1. C. de SS. Eccles. §. un. Inst. de L.*  
*Fuf. Canin. tollend.*

§. II. Primum in successione collateralium ab intestato locum  
sibi vindicant *fratres ab utrinque stordidi* seu conjuncti, dividuntq; bona,  
sive paterna, sive materna. Scheidew. *hic n. 8.* in capita; ob *duplicita-*  
*tem* vinculi *N. 118. c. 3.* uternis & consanguineis exclusis *N. 84. c. 1.*  
*Aurb. Itaque. C. Communia de success.* hòc tamen observatò, quod cum  
hiscè fratribus fororibusque germanis quoque *prædefunctorum fratrum*  
*liberi* simul in stirpes jure representationis *d. N. 118. c. 3.* non etiam  
horum *nepotes*, ob verba satis emphatica *d. N. 118. c. 3. hujusmodi verò*  
*privilegium*, admittantur.

§. III.

§. III. Sed ane prædefunctorum fratrum germanorum liberi si cum defuncti unilateralibus fratribus concurrunt, hos quoque excludent? Utiq; militat enim pro fratrum liberis tum expressus textus d. N. verb. unde consequens &c. tum jus representationis, quod Imperator verbis sat expressis d. N. stabilivit, sanciendo: præponuntur ipsius filii, & paulo post, sicut eorum parens præponeretur, si viveret. tum inde oriens vinculi duplicitas. Ex eò quod fratrum germanorum liberi unilaterales jure representationis excludant, jam ultrò fuit, hosce prædefunctorum fratrum liberos, eò in casu, non in capita, sed in stirpes succedere. Harprecht ad pr. Inst. de Success. ab intest. n. 428. quippe pro regula quasi tenendum; quod toties fratrum filii in stirpes ac jure representationis succedant, quoties ab aliis ob gradus proximitatem forent excludendi, quodque eò cessante in capita succedant. Pariter de filiis germanorum fratrum solet quæri, an defuncti patruum vel similes personas, uti amitam, avunculum excludant? Quod affirmave non dubito, admittâ in capita successione. Etenim non jure representationis, quod juxta modò traditam regulam tunc demum locum habet, quoties fratrum liberi cum proximioribus concurrunt; sed jure proprio succedant, quia defuncti patruus non proximior, sed pari cum iis gradu est. Sed que præferentia ratio subest eos inter, qui pares in gradu, illi & idè juxta vulgaria juris principia, pares esse debebant in successione, scilicet fratrum liberos ob naturalem istam rationem, quæ hereditatem potius descendentes, quam ascendentes deferri svadet, videtur Imperator singulariter prætulisse Rittersh. d. tr. p. 7. c. 13. n. 12. Quamvis & dici posset, quodammodo jus representationis fratrum liberis indultum Imperatorem respexisse, uti ex d. N. 118. verb. quandoquidem, colligere licet, nequiquam tamen, ut vi juris representationis statim succederent. Sed objiceret forsan aliquis, exinde hoc absurditatis indubitatè flui, quod nepos prædefunctorum fratrum patrualem excluderet, cum uterque in quartò gradu sit constitutus, eademque hic sit juris ratio; Ergò & eadem juris dispositio, quod tamen contra aperitissimam Imperatoris mentem d. N. vers. si verò neque fratres. At res adhuc est in salvò. Etenim specialis legum decisio ad alios casus generales, quamvis quodammodo similes videantur, minimè est extendenda, idque hic eo minùs, cum de Justiniani mente restrictâ expresse constet. Sicuti enim in solis fratrum germanorum filiis, neque in ulterioribus

*transversalibus*, ut *supr.* adductum, *duplicitatis* vinculi & *juris representationis* habetur ratio, ita quoque in iis solis *singulari* esse noscitur, quod in successione collateralis instar *defuncti descendentium patruos* tanquam *ascendentes*, excludant. *Struv. 38. th. 33. conf. L. 16. ff. d. LL.*

§. IV. Quando germanorum *fratrum liberi*, præmortuis germanis fratribus omnibus, *soli* & quidem *dispari numero* superlunt; v. g. *Mevius* decedens ex fratre primo *tres*, ex secundo *duos*, ex tertio *quatuor* reliquit filios, qualis obtineat successio? longiori amplius *hodie* neque deductione, neque probatione indiget, ex quo hanc *Cimmeriis* tenebris olim obscuriorem, satisque inter *Dd.* ventilatam controversiam, plenissimè tandem *Carolus V. Imperator* speciali constitutione in *Comitiis Spirensibus de Anno 1529. d. 23. April.* decidit, sanxitque, *fratrum sororumque filios, si soli sint, in capita, non stirpes succedere debere*, ita ut *hereditas Mevii* jam non in *tres*, sed pro numero personarum, in *novem* portiones veniat dividenda, dum quoque *omnes* propter *graduum paritatem jure proprio* ad hereditatem videantur vocari. Hanc successione formam atque modum textibus juris convenientiorem esse, textus *L. 1. §. fin. ff. si pars hered. pet. L. 2. §. 2. ff. de Suis & legit. §. 4. & 5. Inst. de legit. agnat. success. L. 14. §. 1. verb. illo. L. 15. §. 3. C. eod.* satis evincunt, quos per *N. 118. c. 3.* haud abrogatos esse, elucet *ex vers. Quandoquidem* ubi tunc demum in stirpes succedere fratrum liberi dicuntur, si cum propriis *Thiis* (quod verbum explicantem vide *Rittersh. d. L. n. 12.*) concurrunt. Nihil ergo, textibus allegatis benè pensatis, novi ab Imperatore *Carolo V.*, quod aliqui volunt, fancitum invenio, sed id tantum, quod altercationibus *Dd.*rum fuit involutum, esse declaratum & legibus conformatum.

§. V. Firmiter jam positò, divisionem in *capita*, non *stirpes* esse faciendum, si *fratrum filii soli sint*, de eò est paucis dispiciendum, an frater plurimos fortè habens *liberos* & cum paucioribus fratrum prædefunctorum fratrum filiis concurrentes, *hereditati renunciare* valeat, hoc sine & effectu, ut *liberi*, quos plures procreatos habet, *divisione post in capita instituta, plus accipiant, quam ille solus succedens accepturus fuisset.* Res meretur declarari tali facti specie, v. g. *Mevius* decedens ex fratre *Sempronio* *duos* filios, ex *Titio* fratre *tres*, & fratrem *Cajum* *duodecim* *liberos* in vivis habentem reliquit. *Cajus* videns totam hereditatis massam hic in *tres partes* dividendam, fra-



fratris defuncti hereditatem repudiat, spe illâ fretus, sic futurum, ut hereditas liberis suis nunc, cum proprio jure eandem adeant, lucrosior sit. Primâ quidem facie patri aut respectivè fratri eò sine & intentione renuntiantium multùm videbatur obviare & negotium facere, tùm quod nemo ex dolò suò lucrari possit, tùm quod suam ob utilitatem aliquid in præjudicium tertii facere haud possit. Sed his atque aliis facile occurritur, etenim nimis liberè invitâque est dictum jurisprudentiâ, taliter & eò etiam sine renunciantem, dolum committere, aut fraudem facere hos, qui id agunt, ne locupletentur, inter quos & illum Ulpianus refert, qui hereditatem repudiavit L. 6. §. 2. ff. *Quæ in fraudem cred.* cumque à dolò absolvit. L. *all. 6. pr.* Deinde Cajus renuntians potius damnatur, quam lucrum capit; proprietatem enim, quam adeundò acquisivisset, amittit, & tantùm in liberorum portione usufructum acquirit, cum hereditas filii obvniens per *supra deducta* inter bona adventitia ordinaria sit referenda. His addo, quod illa regula, quâ renuntiantò alii præjudicare non licet, in eò jure, quod immediate tertius ex beneficiò legis habet, maximè procedat, non verò in *casu nostrò singulari*, ubi jus quod prætenditur, ex personâ renuntiantis tantùm dependet. Sic si contra filii testamentum, quò pater & fratres, quos lex ad defuncti hereditatem vocat, sunt exclusi, pater querelam inofficiosi instituere nolit, certè nihil est, quod patrem cogat, ut inofficiosi querelâ ultimam filii sui voluntatem impugnet, licet ex veriori sententiâ fratres, patre vincente testamentoque rescissò, simul ad successionem admittantur, & hujus victoria illis profit L. 6. §. 1. ff. *de inoff. Test.* ibique Brunem. Lauterbach. in *comp. Jur. tit. alleg.* Neque portio repudiata ex beneficiò L. 1. §. 10. ff. *de Success. Edict.* fratrum filiis accrescere poterit, utpote, qui non magis repræsentationis, sed proprio succedunt jure, quò in casu fratris repudiantis filios, sibi gradu habent æquales, ut eos inter illa meritò obtinere debeat regula: *æquè proximi equaliter succedunt.* Et quis tandem ad eò hoc lucrum, quod liberi fratris repudiantis occasione renuntiationis per patrem factæ habent, invideret? cum ignotum non sit, ei, qui liberorum numerò civitatem reddiderit auctiorem, in multis articulis succurri. L. 9. L. 24. C. & L. 6. §. f. ff. *de Decur.* L. 5. §. 2. ff. *de jure immunita.* L. 1. C. *Qui numero liber.* L. 2. §. 2. ff. *de Excusat.* L. 2. ff. *de Minor.* L. 37. ff. *de oper. libert. pr. Inst. de Excus.* Harprech. ad *pr. alleg.* Qui textus omnes quâ πολυπραδίας privilegia sunt notabilissimi, s. VI.

§. VI. In hisce enumeratis modò casibus, eadem ferè, quæ de *Jure Civili obrinent*, pariter *Jure Lubecensi* leguntur disposita, eò tamen semper benè attentò, an & *concurrentes equalis sint conditionis*. Sic bilateralis frater, hujusque liberi unilateralè defuncti excludunt, *Lib. 2. tit. 2. a. 1. arg. d. l. a. 13. 17. et. 22.* Liberi prædefunctorum fratrum patruis defuncti præferuntur. *d. l. a. 18.* qui articulus, cum generaliter liberos proximiores, non gradu, sed sanguine, esse dicat, *Des verstorbenen voller Bruder oder Schwester-Kind ist näher Erbe zu nehmen/ als dasselben verstorbenen Mutter oder Vatern Schwester und Bruder/* non sinistra inde quis inferre potest, *fratrum liberos æquè Lubecensi*, ut *Civili jure, defuncti patruos*, non *vi representationis*, sed ex *speciali jure* excludere, inque *capita*, non *in stirpes* defuncto patruo succedere. Sic porrò liberi prædefunctorum fratrum ex utròque latere conjunctorum cum suis paternis i. e. defuncti fratribus in stirpes *Jure Lubecensi* representationis beneficiò succedunt, quod *arg. d. a. 22. §. d. a. 1.* junctis insuper supra deductis, satis patefit. In cœteris casibus cum *Jure Lubecensi* nihil specialim inveniam sancitum, *Jus Commune* suam exserere vim, eò confidentius assero, quò ex unanimi *Dudrum* assertò certius certò constat, ex *Jure* eò *Communi*, quod magnæ ubique est auctoritatis, & per totam fere *Europam* gentium *Juris* instar inque supremis *Germania* judiciis observatur, jura statutaria declarari, restringi & suppleri. conf. *Lauterb. præf. Comp. Dig. præmis. ibique alleg. Ddres Gail. Lib. 1. O. 50. n. 8. & Lib. 2. O. 33. n. 3. Mev. d. tr. quæst. prælim. 10. n. 32.*

§. VII. Evidens porrò *Successionis discrimen* in *lineâ collateralis*, non minùs ac *ascendenti* facit illa diversitas & inæqualis succedentium conditio, quæ à *factâ separatione*, aut *dissolutâ* per eam *societate*, & ejusdem *duratione* dependet. Etenim quoties *consors* vel *nondum separatus decedit*; *roties*, juxta *Juris Lubecensis* principia (inter conjunctos in bonis semper est *successionis prærogativa* ante *dissortes*. *Mev. d. tr. p. 2. tit. 2. a. 1. n. 65.*) *defuncti consortes fratres ejusdem dissortes excludunt. d. l. a. 6.* quippe qui, confortibus non existentibus, demum admittuntur. Quod si verò *dissors* aut jam *separatus* frater vitâ fungitur, videndum, utrum hic tantùm ratione *parentum* talis dicatur, an respectu *parentum* simul & *fratrum* i. e. utrum tantum à parentibus fuerit *separatus*, an simul fratres inter se *divisionem bonorum* instituerint.

49

rint. Illud si factum, prius ad successionem vocantur hi, qui cum defuncto in communione perseverarunt, deinde qui à communione recessere. *d. a. 6.* Sin alter contigerit casus, quia, qui in communione permansiére, & qui ab eà recessere, æque inter se disjuncti sunt, successio secundum *Jus Civile*, ita ut neque *separatio*, neque *conjunctio*, attendatur, videtur regulanda. Res ut pateat meliùs tota, tali eam declaro exemplò. Moritur Lucius relictis septem filiis A. B. C. D. E. F. G. Ab hisce A. B. suà portione acceptà se non tantum, sed & se ipsos quoque inter se separant. Hòc factò si è vità excesserit. C. huic ejus consortes soli D. E. F. G., exclusis A. & B. tanquam separatis, succedunt. Sin dein factis decedat A. soli B. fratri, exemplò liberorum separatorum, *de quo supra*, videbatur deferenda successio. Sed id sequi & probare hæcenus non possum, quin, salvò semper rectius sentientium judiciò, contra putem, quia B. suà portione acceptà non modò à reliquis fratribus C. D. E. F. G. se separavit, verùm etiam re verà ab A. suà acceptà portione se separavit & disjunct, & hinc neque conjunctionem, à quà omninò, ut dictum, recessit, neque duplicitem vinculi aut proximitatem, in quibus D. E. F. G. huic æquipollent, ad præferentiam consequendam prætere tendere possit, satius esse, omnes B. D. E. F. G. ut fratres dissortes æqualiter in capita ad successionem A. admitti, quam solum B. reliquis anteferri. Quæ in collateralali lineà ita de *Jure Luberensi* modificata successio non modò in ipsis fratribus, sed ad ductum Juris Civilis in eorum quoque liberis erit attendenda.

§. VIII. Defuncti fratribus germanis horumque liberis deficientibus, *fratribus & sororibus unilateribus indistinctè, consanguineis & uterinis, horumque liberis* hereditas defertur, in tantum, ut & *defuncti patrum & amitam &c.* cum duplicitas vinculi ultra casus expressos non attendenda sit, excludant. Si soli adsunt *unilaterales* succedunt defuncto in *capita*, cum unilateraliùm verò *fratrum liberis* concurrentes, hi in *stirpes*, illi in *capita*, hereditatem capiunt. Denique si fratrum unilateraliùm filii soli inter se concurrunt, hi quoque ut de germanorum filiis suprà evictum, in capita succedent. Quæ itaque de hiis utrinque conjunctis disposita, hæc illis præmortuis, etiam suò modò in unilateraliùm obtinebunt. *Wesf. P. 3. conf. 83. n. 5.* ibique citati.

§. IX. Attamen in eò ex veriori & in praxi plerorumque locorum approbata sententia *Carpz. p. 3. c. 14. d. 1. Mev. d. tr. p. 2. tit. 2. a.*

20. n. 3. unilaterialium fratrum successio à germanorum successione multum differt, quod secundum vulgatum ex L. 13. §. 2. C. de leg. hered. compositum vericulum:

*Maternis cedant materna, paterna paternis,*  
in bonis hereditariis ab his occupandis ad bonorum originem sit respiciendum; hoc effectu, ut soli *consanguinei bona* inter se, quæ immediatè ex *linca paternâ*, dividant; econtrario *uterini* soli ea, quæ ex *lincâ maternâ* immediatè provenerunt, capiant bona.

§. X. Hæc bonorum distinctio non tantum expressis juris textibus *d. L. 13. §. 2. N. 84. c. 2.* sed & votò nititur parentum, nunquam non desiderantium, ut bona ad liberos potius ex se natos, quàm ad alios, seu privignos perveniant. Patrem enim de consanguineo, matremve de uterino cogitasse, nec conjugum, nec nostri asserere permittunt mores. Allegatos etiam textus per *N. 118.* ubi distinctionis bonorum non facta est mentio, quò argumentò alii in contrarium abeunt, non esse abrogatos, in legum correctione recepta *Dd. regula satis docet, sel. (1)* in dubio, ubi de Legislatoris correctoria mente expressè non constat, leges correctorias strictissimè esse explicandas; ubi enim deficiunt verba legis, ibi legis quoque dispositionem deficere, censendum esse, ait *Carpz. p. 2. c. 15. d. 12. n. 2.* (2) Leges correctorias generales non tollere leges specialem casum decedentes. *L. 26. ff. de LL.* Facit & huc, quod *d. L. 13. §. 2.* Imperator speciali *Novella 84. c. 2.* confirmavit; hanc legem si per *d. N. 118.* voluisset mutatam, expresse, solitò more, id indicasset. *conf. N. 127. & N. 118. c. 2.* Unde suâ jam recidunt mole, quando (1) adversam amplectentes sententiam objiciunt, quod *bona semel acquisita consolidentur*: hoc enim tum denum procedere arbitror, si consolidationi nihil, quod hic est votum parentum, obstat, (2) Objiciunt illud sequi absurdum, quod hæc ratione consanguinei in bonis paternis, uterini in bonis maternis cum germanis forent admittendi; quippe cuius patet, bilaterales excludere unilaterales ob vinculi duplicitatem, quæ succedendi ratio inter consanguineos & uterinos cessat. (1) Objiciunt, si omnia bona paterna vel materna forent, consanguineum aut uterinum nihil capere posse, quod ab æquitatis ratione alienum esse arbitrantur: ad hoc regerendum, æquitatem, quæ à lege aberrat & in cuiusvis cerebro nata, eò nomine non dignam, sed virus esse, & contra eam, quæ *LL.* quas sanctas servare necesse est *L. 9. §. 3. ff. de Rer. divis.* nititur, pro tali esse habendam. *conf. Carpz. p. 1. c. 12. d. 25. n. 3.*

§. XI.

§. XI Et secundum hanc à me, contrariis dispersis, satis, ut puto; stabilitam opinionem, *distinctionem bonorum admittentem*, in oblatò de *successione Principum* casu à Facultate Juridica aliquando pronunciatum esse, testatur Dn. Brunem. *conf. 113. n. 2.* In iis verò bonis, quæ à cognatis paternis vel maternis aut aliundè ab *extraneis* acquisita fuerint, uterini & consanguinei æqualiter sunt admittendi. Schneidw. *ad Inst. sub. rubr. de Success. fratrum ex unò latere tantum. n. 23.* Etenim hic (1) Legis auctoritas, sine quâ nihil temerè asserendum *L. 5. C. de Repud. N. 2. c. 3. infm. deficit;* (2) nec est verisimile, Leges distinctorum bonorum respectum, propter multiplicem bonorum commutationem in variis & diversis personis approbare voluisse, multis magnisque litibus inde exorituris, quas Leges nunquam non præscindere nituntur. Alia (3) est ratio bonorum ascendentium & collateralium; ut illa descendentibus, ita hæc non collateralibus debentur. Præterea, hæc bonorum distinctio tantum in hiis unò latere junctis horumque, quod notandum, liberis, non indiscriminatim, sed tunc tantum, quando *liberi prædefunctorum unilateraliū fratrum cum unilateraliū defuncti fratribus* concurrunt attendenda. *conf. Forst. Lib. 8. c. 8. n. 16.* Unde *filiis præmortuorum unilateraliū fratrum solis existentibus* hereditas absque ullò bonorum discrimine est, eò tamen, quò suprà dictum, modò dividenda. *conf. N. 118. c. 3. vers. illud palam est, junct. Auth. Post. fratres C. de le. hered.* Nul- libi enim, quod in fratrum unilateraliū liberis solis existentibus illa bonorum debeat attendi distinctio, hætenus cautum esse legi. *L. 13. §. 2. C. de legitim. hered. §. N. 84. c. 2. de fratribus unilateraliū solum lo- quentibus.*

§. XII In hac unilateraliū successione hoc ex *Juris Lubecensis* dispositione *singulariter* notandum esse censeo, quanquam memoratum Jus plurimùm fratribus germanis, horumque liberis in successione tribuerit, *fratrum tamen germanorum liberis*, quando soli cum *defuncti fratribus unilateraliū concurrunt*, non indistinctè, ut *Jus Civile*, facultatem defuncti ab unò latere junctos fratres excludendi concessisse. Sæpe enim & modò memoratum Jus pro more suo iterum inter *liberos ex parentibus separatis* aut *non separatis* oriundos distinguens, hos unilateraliū fratribus præfert, illos econtrario postponit. *d. l. a. 22.* Hoc autem non tantum in ipsis defuncti fratribus unilateraliū, verùm etiam in horum liberis observandum esse, probatur *arg. a. 7.*

32  
ubi separatio fratris germani, non tantum ipsi fratri separato, sed & hujus liberis obest. Attamen ut & hæc unilateralibus concessa facultas, liberos scilicet ex fratribus germanis separatis natos excludendi, locum inveniat, requiritur præterea, ut defunctus non fuerit separatus; alias enim una separati fratris liberos unilateralibus potiores esse colligitur ex *d. l. a. 7. §. a. 13. vid. Mev. d. l. a. 22. n. 7.* ubi hunc casum, quo dextrè intelligatur, eleganti illustravit exemplò. Porro & hoc de *Jure Lubecensi* singulare occurrit, quod contra *Juris Civilis* dispositionem liberi fratrum unilateralium à defuncti patris avunculis ex utròque parente defuncto conjunctis, vollbürtige Vater oder Mutter Brüder / excludantur. *arg. à contrariò d. l. a. 18. §. 19.* cui dispositioni Jus Saxonium & Novellam Electoris Augusti *Const. 18. part. 3.* convenire asserit Mevius ad *d. a. 18. n. 9.* In eò verò *Jus Lubecense* cum *jure Communi* convenit, quando fratrum & sororum ex alterò latere conjunctorum liberis, ante liberos patris, amittæ, avunculi & materteræ, ut ut ex utròque latere defuncti parentibus juncti, succedendi facultatem concedit, quò de casu disponit. *d. a. 19.* Denique & illud hic notandum, quod intricatam illam & diversis *Dd.* disputationibus involutam quæstionem, *utrum de Jure Civili in unilateralium successione paterna paternis & maternis materna cedant bona?* *Jus Lubecense* unò scindat ictu, dum omnium bonorum æqualem divisionem inter æqualis conditionis heredes instituere generaliter, nullò verbò in ullò textu distinctionis bonorum facta mentione, jubet *d. l. a. 20.* Sind dann dieselbe Erben in gleicher Anzahl / so theilen sie das Erbe in zwey Theil. Sind ihr aber auff der einen Seiten mehr / dann auff der andern / so theilen sie das Erbe in Capita nach Haupt-Zahl.

§. XIII. Post fratres bilaterales & unilaterales utrorumque filios denique ad defuncti hereditatem vocantur *reliqui omnes agnati & cognati*, sive inferiores sive superiores, sive utròque sive, unò latere juncti fuerint in *infinitum*. *vid. §. 1. huj. cap. juxta graduum tamen prærogativam, ita ut perpetuò prior in gradu, potior sit in successione & pares in gradu, sine bonorum distinctione* (quà de lex hic omninò silet) in capita admittantur *d. N. 118. c. 3. §. fin. Aurb. Post fratres. C. de leg. hered.* Unde amittæ ex alterò tantum, des Vatern Halb-Schwester / cum avunculo ex utròque latere, mit dem leiblichen Mutter Bruder / est admittenda ad successionem simul, sicuti Lipsiensis pronuntiassè tradit *Math. Coler. dec. 49. n. 16. conf. Rittersh. ad. N. p. 7. c. 13. n. 15. Carpz. p. 3. c. 18. d. 21. n. 12.*

Id

Id tamen hic apprime notandum, quod in uno alterove casu eadem persona propter duplicem respectum conjunctionis duplicem accipiat portionem, de quo intricato Juris themate omnino legi meretur Dissertatio A. 1093. Hala D. Simone Præside habita, successionem ab intestato ex duplici vinculo duplicitaris sistens. Mihi hac vice unicum, cum plures in alleg. Disp. sint notati, sufficiat reclusisse casum. V. G. Tres sunt filii A. B. C. ex Cajò & duæ filiz D. E. ex Meviò, Caji filius. A. ducit in uxorem Mevii filiam D., & alter Caji filius B. alteram Mevii filiam E., ut ita duo fratres duas habeant sorores. Contrahit & tertius Caji filius C. matrimonium cum extraneâ. F. Singuli conjuges procreant filium & quidem A. D. gignunt, G. edunt & B. E. filium H. Dein. C. suscipit ex. F. sobolem. J. Hòc factò ascendentes omnes A. B. C. D. E. F. decedunt, relictis sibi invicem consobrinis & patruelibus. G. H. ex utroque parente, ac patruela J. ex uno tantum parente G. & H. conjunctis. Denique moritur G. improlis: hòc casu superstes H. defuncto G. ex utroque latere, & J. superstes defuncto G. ex alterò tantum latere juncti ab intestato succedunt, ied *superstiti H. duplex cedit portio*. Quia H. duplicis persone respectu duorum heredum vices sustinet, & duæ diversæ qualitates, quarum quælibet per se operari potest, si in unâ eademque personâ concurrant, sibi invicem non derogent. arg. L. 1. §. Consules. ff. de Off. Cons. L. 3. §. 4. ff. de Adopr. hinc haud iniquum esse videtur, ut propter duas istas diversitas qualitates, & duarum personarum commoda H. percipiat. Nec huic nostræ assertioni Ddorum auctoritatibus haud destitutæ quidquam obstat, quod *duæ causæ lucrative in unâ eademque personâ circa unam eandemque rem concurrere non possint*. §. 6. Inst. de Legat. L. 108. §. 4. ff. de Legat. I. L. 66. §. 1. ff. de Legat. II. etenim procedit hæc doctrina, cum ex eadem causâ, non verò si causæ acquisitionis varient, oriuntur, quod firmat & illustrat tum exemplum L. 13. ff. de lib. & posth. L. 40. pr. ff. de Legat. III. ubi una eademq; persona duplici respectu partem hereditatis maximam ex testatoris solummodo voluntate aufert; tum quoque exemplum L. pen. ff. de Off. Assess. L. 13. §. 4. ff. ad Scr. Trebell. c. postulatis 15. X. de concess. præbend. ubi una eademque persona propter duplicem qualitatem duarum personarum onera sustinet. Quod si igitur hoc in onerosis, cur non etiam in lucrativeis ex contrariorum ratione procederet. arg. L. 1. pr. ff. de his qui sui vel alien. Harprecht. ad pr. Inst. de Success. ab intest. n. 453. & seqq. ubi Jctos Tubingenfes ita respondiisse refert. Dn. Eyben Observ. PræEt ad

*Insp. disp. 12. Obs. 16. n. 9. ubi in fine, quomodo & inter ascendentes hic casus contingere possit, schema exhibet. Struv. Ex 38. th. 35. conf. omnino alleg. Disp. D. Simonis plurima notabiliorum casuum schemata exhibens.*

§. XIV. Hanc circa ulteriorem collateralium successionem quaestio haud inutilis movetur, an *horum successio Jure Lubecensi* aequè, uti de *Jure Civili* §. *præc.* fuit adductum, *in infinitum se porrigat*? Prima sanè à fronte dum restrictivam clausulam *Lib. 2. tit. 2. a. 1.* adjectam ibi hierinonem sind beschlossen alle Erben und Erbnehmen. perpendi, ita eam explicandam putavi, ne inanis, falsa ac inutilis videatur, nevé utilitatis fortè, quæ maximopere, monente Gail. *lib. 2. O. 33. n. 4.* evitanda, *Jus Lubecense* arguatur, disertis verbis conjecturæ non relinquentibus locum. *L. Ille aut ille. 25. §. 1. ff. de Legat. III. L. 137. §. 2. ff. de V. O.* adedque, eo fui adductus, ut crederem, *ultra quartum gradum* constitutos *arg. a. 1. all. nisi invitâ Lubecana Jurisprudencia*, ad successionem vocari posse. Quâ in opinione me magis magisque firmavit, quod *Jus Lubecense d. l. a. 14. §. 32.* requirat, ut hereditatis petitores se proximiores attestentur, pænâ falsi testantibus indictâ: ne igitur probationem quam *Jus Lubecense* utique potentior, quàm *Jus Commune*, exigit, imò ob fragilitatem hominis ponè impossibilem remotioribus videatur injunxisse, verisimile fuit mihi initio visum, voluisse potius memoratum *Jus* successionem restringere, quàm probandi difficultati remotiores innectere. Sed re ultro citroque agitatâ, non defuere argumenta, quæ à priori me retraxère opinione. Id quidem largior lubens, jure nostrò ad *quartum aut octavum gradum* potuisse includi successionem, sed de eò hic non est quaestio, sed tantùm, quousque jam *inclusa* aut *presumenda inclusa*, cumque, expressus prohibitus deficiat textus, ne, qui ultra istum gradum, cujus in *a. alleg. 1.* est facta mentio, succedat; non mihi errare videntur, qui ex *Jure Communi* capiunt interpretationem, ita *Jus Lubecense* interpretantes, ut à fonte suo non recedat procul, maximè, si non deficiunt ex ipsò *Lubecensi Jure* argumenta extensionem successionis non parùm adjuvantia. Etenim (1) articulus iste primus octavo loco ponit die *Brüder u. Schwester Kinder* atqui vocabulum *Kinder* latissimè patet, & sine justâ ratione, aut expressi statuti dispositione contra *Juris Civilis & Naturalis* durum ad *solos liberos primi gradus* restringi non potest. *vid. Mev. ad d. a. 1. n. 79.* (2) Notanter idem articulus 1. non dicit, quod hi recensiti soli



55  
soli succedant, sed hierinnen sind beschloffen alle Erben und Erbnehmern. Quæ verba herculè hic generaliter esse posita & exclusivè planè non esse intelligenda, plurimi alii articuli *hujus libri* 2. tit. 2. satis superque evincunt. Sic articulus 7. & 24. fratrum liberos a. 17. abaviam & abavum, avunculum & patruum, horumque liberos, a. 23. avi & aviaz forores & fratres ad successionem vocant, sic pariter fiscum a. 14. quorum in a. 1. ne jota quidem mentio est facta. Hinc concludendum potius, quod *Jus Lubecense* d. a. 1. successionem crebrius obvenerit, quidem proponere, neutiquam autem positivè aut exclusivè eam determinare voluerit. Nec movent quicquam argumenta in contrarium prostantia, licet enim verba regulariter, ut quicquam operentur, explicanda sint, attamen eadem potius æquitati esse conformanda, & ad naturalem succedendi ordinem reducenda, quoties vel juris ratio svadet, vel jus alterius per istam interpretationem læditur. e. *causam* 18. X. de Rescript. nemo facile dissidebitur. Frustrà quis nudum verborum sequitur corticem, ubi iusta ex ipsò singulari & ex Communi Jure adest interpretatio; quod in d. a. 1. positum ex aliis articulis supra citatis & similibus commodè potest explicari. arg. L. 20 ff. de LL. Probandi difficultas & impossibilitas uni atque alteri quæ fortè accidit, iis, qui eà sunt instructi, nocere non debet, non enim jus debet deficere, si forte deficiat probatio. Hanc affirmativam opinionem ulterioribus gradibus relinquentem locum & Facultatem *Juridicam Rostochiensem* respondendò approbasse, eamque in forò sequendam esse putat *Mev. d. l. a. 1. n. 83.* ubi idem ex Steinvigii Consulis & Syndici ejusdem civitatis manuscriptis hanc sententiam stabilivit cum hæc adjectione: ut collaterales, ultra octavum istum in d. a. 1. nominatum ordinem constituti succedant quidem, non tamen privilegiis, quæ *Jus Lubecense* præter *Jus Commune* hereditibus indulget, adeoque nec iis, quæ *lib. 1. tit. 10. a. fin.* & *Lib. 2. t. 1. a. 12.* extant, gaudeant. Quod cuique suò uberius trutinandum relinquo iudiciò.

§. XV. Ordo me ad successionis, quæ *Collateralibus legitimè factis* competere potest, vocat contemplationem. Ex his fratres adoptivi, Germ. angewünschte Brüder/ (quò tamen vocabulò minimè fratres bibales, Gausfrüder/ neque eos, quos contra §. 4. *Inst. de Adopt.* & L. 7. C. de hered. *Inst.* fratrum locò sibi quis adoptavit, intelligimus sed qui ab unò eodèmpatremque locò filiorum adoptati sunt) ab extraneò, adoptati, qui ipsi invicem pro extraneis reputantur. L. 10. §. 1. *in fin. C.*

de

*de Adopt.* nec aliis cognatis & agnatis patris adoptivi, neq; hi vice versa illis succedunt *d. l. 10. §. 1. licet adoptivus filius patri adoptivo ex singulari ratione succedat. §. 2. Inst. de Adopt.* Econtrariò fratres adoptivi per adoptionem ab aliquò ascendentium factam, aut per arrogationem tales, invicem etiam cum aliis ex legitimò matrimonio susceptis ad successionem admittuntur, *L. 2. §. 3. ff. de Suis & legit. hered. L. pen. §. fin. C. de Adopt. L. 7. ff. ad Sc. Tertul.* nisi forte adoptio, tanquam juris succedendi fundamentum, per emancipationem jam antè fuerit dissoluta. *arg. d. l. pen. in fin. pr. C. de Adopt.* Cavendum tamen, ne hic ea referatur adoptionis dissolutio, quando arrogatus, mortuò patre arrogatore, sui juris factus est; quippe exinde illud absõnum sequeretur, quod arrogati contra §. *Inst. de Adopt.* nunquam arrogatori defuncto, neque fratribus arrogatis succederent, legibus paulo antè citatis planè reclamantibus. De eò verò non videtur dubitandum, quin adoptati & arrogati, cum defuncto unò tantum legali vinculo fuerint juncti, haud meliori gaudeant jure, quam consanguinci, qui ob duplicitem vinculi à bilateralibus excluduntur.

§. XVI. Alia est ratio per *subsequens matrimonium legitimatorum*, cum enim hi ob duplex vinculum, quod per subsequens matrimonium in his confirmatur, nomine *der wol- und volbürtigen Kinder* veniant. *Mev. p. 3. d. 87.* haud dubitandum, quin hi ab unò latere junctos excludant. Per *Rescriptum Principis legitimatos* quod attinet, si hi inter se concurrant, æqualiter succedunt, exclusis cæteris collateralibus. existentibus contra fratribus horumque liberis legitimè natis, maxime, ut ex supra dictis jam constat, *legitimationis tempus* observandum: num ante aliòs legitimè natos, an post legitimè natos demum legitimi fuerint; ita, ut priori casu cum reliquis succedant, posteriori contra casu excludantur; nisi Princeps *ex certâ scientiâ*, vel cum expressâ clausula, *non obstante legitimâ prole*, legitimaverit, quod haud facile à Principe, ut *supr. c. 2. §. 20.* dictum, fieri solet, imò si *Balf. Michalor. Tr. de Fratribus p. 3. c. 25. n. 40.* sequamur, nunquam post aditam ab agnatis hereditatem. Per *oblationem curiæ legitimacione* hodie cessante, frustra de ita legitimatorum disseritur successione; hinc ad finem properans huic deductioni sponte superfedeo *conf. L. 9. C. de Natural. Nov. 89. c. 4. & 5.*

§. XVII. Cum de *Lubecensi Jure* in legitimè factorum collateralium successione præterea, quæ in §. 17. & 21. *cap. 2.* annotavimus, ne-

quic-

quæquam occurrat, & ex iis horum successio facile determinari possit ad §. alleg. brevitate studio B. L. remittimus.

§. XVIII. Denique *Illegitimos* quod concernit *fratres*, hi si *naturales* tantùm, aut *spurii* fuerint, & per patrem quòcunq; etiam modò sibi juncti ab intestato tamen non modo legitime natis non succedunt, sed ne invicem quidem sibi. Forst. *lib. 8. c. 10. n. 4.* Quippe hi neque agnatione, quæ per patrem, quem nuptiæ demonstrant. §. 12. *Instit. de Nupt.* neque cognatione, quæ per matrem contrahitur. §. 4. *Instit. de Success. Cogn.* sibi invicem juncti sunt. Quod si verò per *maternam lineam* fuerint juncti naturales & spurii, tunc equidem sibi invicem, & aliis ex matre transversalibus, observatò representationis jure, ut in legitimis collateralibus juxta graduum proximitatem absque legitimis respectu æquè ac legitimis succedent. *L. 2. L. 4. ff. Unde Cognati.* Ast si defuncti fratres supererint germani, horumque liberi, ab his ob duplicitatem vinculi naturales & spurii excludentur, non item ab unilateralibus. Forst. *lib. 8. c. 11. n. 4.* etsi legitimo succedatur filio, scilicet ob jus succedendi reciprocum & æquale ex personâ matris vinculum. Hæcque successio quoad naturales non tantum observabitur, si ex *matre paganâ*, sed etiam si ex matre *Illustri* fuerint procreati, cum dispositio *L. 5. C. Ad. Sci. Orphit.* ad *Illustri matris naturales liberos* extendi non possit. Attamen de *spuriò* ex *Illustri* matre natò haud affirmandum erit, quod fratri legitime nato succedat, præprimis cum hic ab ipsâ successione *Illustris matris*, si legitime nati adfuerint, per *d. L. 5.* expressim removeatur.

§. XIX. Incestuosi aliiq; ex *damnatò coitu* nati *collaterales*, uti nec parentibus, nec parentes ipsis succedunt, jure consanguinitatis destituti. *N. 89. c. ult. Auth. Ex complexu. C. de Incest. Nupt. N. 74. c. ult.* ita neque sibi invicem, neque collateralibus reliquis succedunt. Nec est, quod aliqui opponunt, vinculum naturale ratione matris tamen hic subesse, quum id, quod lex damnat, succedendi facultatem tribuere non possit. Interim æquitate, respectu innocentium ex *damnatò coitu* natorum inspectâ, haud improbanda erit benigna illorum sententia qui inter *incestuosos* tantùm *lege humanâ*, & incestuosos *lege humanâ & divinâ simul tales* distinguunt, & his, non æquè iis, hereditatem denegandam esse censent. Stryck. *d. tr. D. 3. c. 1. §. 39.*

§. XX. *Jure Lubecensi illegitimos fratres* non succedere extra omne est dubium. Id tamen adhuc hic notandum esse reor, id, quod in illegitimorum filiorum hereditatum transmissione ad *ascendentes* singu-

lariter contra dispositionem *Juris Civilis* dispositum in §. 20. cap. *prac.* vidimus, ad *illegitimorum collateralium successionem*, ascendentibus deficientibus, non incongruè extendi posse, generalibus *d. a. 9.* verbis id suadentibus. Derselben (unechtlichen Kinder) Gut erben ihre nehesten Bluts-Freunde/ die da zu gehören.

§. XXI. Nunc quoque ad reliquas *Conjugum* scil. & *Fisci* progrediendum esset successiones; sed cum illas pagellæ hæc magis non capiant, eademque successiones *ex aliâ ratione*, quam *ex jure sanguinis*, sint inductæ, nobis circa *DESCENDENTIUM*, *ASCENDENTIUM*, & *COLLATERALIUM* successiones, earundemque *convenientias* & *discrepantias* secundum *Juris Civilis* & *Lubecensis* ductum occupatis succiat, pro ingenii modulò leviter & utcuq; hæc exposuisse, accuratori singulorum deductione ad cōsodiōris temporis occasione reservatâ. Jam tuam B. L. gratiam atque æquum imploro judicium: cogitabis, me adhuc tyronem & humanæ conditionis probè conficiam, excusabis audaciam & conamen in patriæ amorem, sed divinæ nominis gloriam suscipiam; supplementis supplenda, tuæque prudentiâ corriges corrigenda. Tuæ verò Clementiæ, O Numen Clementissimum! pro viribus hæcenus mihi indignissimo præstitis, immortales ex intimis cordis humanissimè expeto: tuum, Omnium rerum Auctor! divinum nomen huic conatui fuit initium, Tua quoq; laus eximia & gloria sempiterna eidem exoptatum imponant

F I N E M.

Cum tua, CONRADI, Te Dissertatio laudet,  
Præsidis euge minus, sic puto, laudis eges.  
Non malè tractasti, quæ sit successio legis,  
Et qui conveniat Lex Lubecensis ei.  
Nunc pariter tuus esto labor, cum laude tueri,  
Quæ tua concessit lemmata docta manus.  
Si post plura tuis addes molimina cæptis,  
Fas est, atque precor, præmia justa feras.  
Quæ Te, CONRADI, tulit urbs celeberrima Civem  
Non erit hæc meritis invidiosa tuis.  
Et si felicem tibi forte negaverit auram,  
Virtuti, credas, mundus ubique patet.

f.

JOHAN. Amstel/ D.

Pæbreve, CONRADI, petis, en tibi pæbreve carmen,  
Longa tamen, carmen pæbreve, vota vovet.  
Præsta Te, cum laude virum, defende Cathedram,  
Dictis, Doctorum cryptica, solve tuis.  
Vive Deo, Patriæ; Tua, Numen, fata secundet;  
Dignis sic meritis digna trophæa feres.

ut vovet ex animo

PRUTENIO.





7+10  
7A → 20C  
↓


**ULB Halle** 3  
004 598 555  


107









1168

I. N. J. C.

1701, 1

3

DISPUTATIO JURIDICA  
**CON-ET DISCON-**  
**VENIENTIAS JURIS CI-**  
**VILIS AC LUBECENSIS**

circa  
HEREDITATEM QUÆ AB INTESTATO  
DEFERTUR.

*exhibens*

Quam

DEO AUSPICE,  
MAGNIFICO JCTORUM ORDINE FAVENTE,

In

ILLUSTRI HAC REGIA ACADEMIA  
SUB PRÆSIDIO

**DN. JOHANNIS *D*mseln/**

U. J. D. Prof. Publ. Judiciæ Aulic. Criminal. Assessoris &  
Supremorum Judicior. in Prussia Advocati,  
*Fautoris ac Patroni multis nominibus atque*  
*omni observantiæ cultu de venerandi,*

Placidæ Eruditorum Disquisitioni

*Submittit,*

**DANIEL CONRADI,**

Elbing. Pruss.

AUTHOR ET RESPONDENS  
Ad diem Majj. ANNO M. DCCI.

H. L. Q. S.

REGIOMONTI Typis REUSNERIANIS.